Noctu autem ad Tiberim s[a]crificium fecit deis [I]lithyis libeis VIIII popan[is] VIIII pthóibus VIIII imp. Caesar
Augustus; precatus est [h]oc modo:
Ilithyia, uti tibei in ille[is] libreis scriptum est, quarumque rerum e[rgo, quodque melius si]et p. R. Quiritibus,
tibi VIIII popanis et VI[III] libeis et VIIII pthoibus sacrum fiat; te qua[eso precorque; cetera uti supra]
IV nonas Iun. in Capitoli[o i]nmolavit Iunoni reginae bovem femin[am imp. Caesar Augustus, ibidem alteram]
M. Agrippa et precatus es[t] hoc modo:

77 fin. 'LOCIS cernitur' H. V. — 78 fin. 'est E, non S' H. V. — 86 'SACRC| cernitur' H. V. — 91 fin. EOD vel EOR vel EON — 93 fin. 'FEMI lapis' H. V. — 104 'PR| lapis' H. V. — 115 LITHYIS omissa littera prima.

Iuno regina, uti tibi in illis [l]ibris scriptum est, quarumque rerum [ergo quodque melius siet p. R. Quiritibus,]
tibi bove femina pulchra s[a]crum fiat; te quaeso precorqu[e: cetera uti supra]
Deinde CX matribus famil[ia]s nuptis, quibus denu[ntiatum fuit ut convenirent, imp. Caesar Augustus?]
praeit in haec verba:
Iuno regina, ast quid est qu[o]d meli[us siet p. R. Quiritibus matres familias]
nuptae genibus nixae te u[ti faxis quaesumus precamurque, uti imperium]
maiestatemque p. R. Quiriti[um duelli domique auxis, utique semper Latinum nomen tueare; incolumitatem].
sempiternam victoriam [valetudinem populo Romano Quiritibus tribuas faveasque populo R. Quiritibus legionibusque populi R.]
Quiritium remque publi[cam p. R. Quiritium salvam serves, uti sies volens propitia populo Romano]
Quiritibus XVvir. s. f. no[bis domibus familiis: haec matres familias CX populi Romani]
Quiritium nuptae geni[bus nixae quaesumus precamurque]
Ad atallam fuerunt M. A[grippa
Ludi ut pridie facti sunt [
Noctu autem ad Tiberim [suem plenam Terrae matri inmolavit imp.
Caesar Augustus precat[usque est hoc modo:
Terra mater, uti tibi in ill[is libris scriptum est ,
uti tibi sue plena propri[a sacrum fiat ; c]etera [uti supra
Matronae sellisternia h[abuerunt ut pridie] runt
— *A. d. III non. Iun. in Palatio [Apollini et Dianae] sacrificium fecerunt imp. Caesar Augustus M. A[grippa libeis VIIII]*
popanis VIIII pthoibus VII[II preca]tique sunt ita:
Apollo, uti tibi in illis libri[s sc]riptum est, quarumque rerum ergo quodque melius siet p. R. Quir[itibus],
uti tibi VIIII popanis et VI[III] libis et VIIII pthoibus sacrum fiat: te quaeso precorque; cetera uti s[up]ra
Apollo uti te popanis dat[i]s bona prece precatus sum, eiusdem rei ergo macte heis libis libandis esto
fito volens propitius
Idem in pthoibus
Eisdem verbis Dianam

Sacrificioque perfecto puer. [X]XVII quibus denuntiatum erat patrimi et matrimi et puellae totidem
carmen cecinerunt; eo[de]mque modo in Capitolio
Carmen composuit Q. Hor[at]ius Flaccus
XVvir. adfuerunt imp. Ca[e]sar M. Agrippa Q. Lepidus Potitus Messalla C. Stolo C. Scaevola C. Sosius
C. Norbanus M. Cocceius M. Lollius C. Sentius M. Strigo L. Arruntins C. Asinius M. Marcellus D. Laelius
Q. Tubero C. Rebilus Me[ss]alla Messallinus
Ludis scaenicis dimissis h. [ ] iuxta eum locum ubi sacrificium erat factum superioribus noctibus et
theatrum positum et sc[ae]na metae positae quadrigaeq. sunt missae et desultores misit Potitus Messalla
edictumque propositum est in haec verba: XVvir. s. f. dic.:
Ludos quos honorarios dierum VII adiecimus ludis sollemnibus committimus nonis Iun. Latinos in theatro
ligneo quod est ad Tiberim h. II; Graecos thymelicos in theatro Pompei h. III; Graecos asti[cos i]n thea[tro quod est]
in circo Flaminio h. I[
Intermisso die qui fuit p[rid. non. Iun.
nonis Iun. ludi sunt com[missi Latino in]
theatro ligneo, Graeci thy[melici in theatro Pompei, Graeci astici in theatro quod est in circo Flaminio]
A. d. III eid. Iun. edictum propo[situm est in haec verba XVviri s. f. dicunt:
pr. eid. Iun. venationem dabim[us
pr. eid. pompa praelata puer[
M. Agrippa quadrigas [misit
Haec omnia peracta sunt XV[viris s. f. imp. Caesare Augusto M. Agrippa
Cn. Pompeio C. Stolone C. S[
! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! M. Mar[

121 'ILLIS/IBRIS lapis' H. V. — 142 'ET VI| lapis' H. V. — 147 'PVER·|, non PVERI lapis' H. V.

LVDORVM AVGVSTI SAECVLARIVM ORIGO.

Ludos saeculares celebravit Augustus, ut supra diximus, obtemperans carmini Sibyllino quod extat; id quando editum sit et quo spectet primum explicandum est. Traditur apud Phlegontem macrob. 4 et inde repetitum apud Zosimum 2, 6. Phlegontem carmina duo de longaeva Sibylla, quorum hoc unum est, adlatum, ut demonstretur γενεᾷ Sibyllam significare spatium annorum CX, item tertium de androgyno relatum in mirabilibus[1]) aperte ex eodem auctore sumptum non ex annalibus traxisse dubitari non potest, cum tradantur forma primitiva Graeca; unde ea traxerit, quaeritur. Et Dielsius quidem in egregio commentario nuper edito qui inscribitur *sibyllinische Blätter* (Berolini 1890) p. 24 ea iudicat proficisci ex historia Posidonii. At longe probabilius Wilamowitzius existimat et tria illa carmina et quae cum tertio coniunctae sunt narrationes de androgynis aliis fr. 33—38 et alia plura his tractatibus inserta sumpta esse ex Graeci cuiusdam collectaneis de miraculis iis ipsis, quae adhibuit in naturalis historiae libro septimo Plinius[2]). Utut est, oracula illa ut sine dubio redeunt ad auctorem aliquem idoneum, ita cuius aetatis sint ex ipsis tantummodo determinari poterit. Hermaphroditicum vel potius Hermaphroditica duo Dielsius rettulit ad tempora belli Hannibalici rationibus usus speciosis magis quam veris[3]); hoc de quo nobis agendum est, et sententiarum argutia et linguae metrique elegantia illo longe praestantius[4]) Phlegon scribit τῶν συμμάχων αὐτῶν καὶ κοινω-

---

[1]) Fr. 39 Müll. De consulatu ita in codice scripto: Μάρκου Πλαυτίου καὶ Σέξτου Καρμινίου Ὑψαίου καὶ Μάρκου Φουλβίου O. Hirschfeld et Diels l. c. p. 3 eatenus recte iudicaverunt, quod verba Σέξτου Καρμινίου viderunt esse loco mota et inserenda verbis quae praecedunt spectantibus ad consules anni 116: Λουκίου Λαμία καὶ Αἰλιανοῦ καὶ Οὐέτερος, sed in eo erraverunt, quod collegam L. Lamiae Aeliani crediderunt appellatum esse L. Antistium Veterem: immo plenum nomen eius nuper inventum in titulo ex castris equitum singularium in urbe eruderato (Fiorelli *Not. degli scavi* 1885 p. 526) ipsum est quod requiritur *Sex. Carminius Vetus.*

[2]) Intellegitur locus eius de longaevis 7, 48, 153 — c. 50, 164. Communem auctorem produnt inprimis quae et Plinius et Phlegon afferunt de Arganthonio laudantes uterque Anacreontem, et quae excerpsit uterque ex tabulis censoriis aetatis Vespasianae.

[3]) De hac quaestione gravi et difficili hoc loco disputare nolo: extrema Τρῶς δῆτ᾽ ἐκλύσει σε κακῶν, ἅμα δ᾽ Ἑλλάδος ἐκ γῆς qui legit, non poterit non cogitare de Troianae gentis viro ex Hellade adventuro ad salutem rei publicae conquassatae ferendam et significari Sullae reditum ex partibus orientis.

[4]) Iudicium hoc est Wilamowitzii. Idem monet v. 3 scribendum esse: μεμνῆσθαι, Ῥωμαῖε, καὶ εἰ μάλα λήσεαι αὐτός et hoc significari nullum quidem Romanum eiusmodi

νῶν μὴ ἐμμενόντων ταῖς συνθήκαις, ἀλλὰ πυκνὰ μεταβαλλομένων καὶ πολεμούντων αὐτοῖς Sibyllam cecinisse ἐπιτελεσθεισῶν τῶν θεωριῶν τούτων ὑποταγήσεσθαι τοὺς ἀφεστῶτας Λατίνους, id quod confirmatur ipso carminis fine: καί σοι πᾶσα χθὼν Ἰταλὴ καὶ πᾶσα Λατίνων αἰὲν ὑπὸ σκήπτροισιν ἐπαυχένιον ζυγὸν ἕξει [1]). Ducimur ita ad belli Italici exordia. Iam ubi circumspicimus quae de ludis saecularibus sive veris sive ficticiis tradita habemus, carmen id nullis eorum convenit nisi iis qui dicuntur editi esse anno u. c. 628, qui proxime praecessit eum quo Italicorum urbs primaria Fregellae captae sunt et dirutae. Quocum iungendum est, quod alterum supra citatum oraculum editum esse dicitur propter androgynum natum anno ipso captarum Fregellarum. Ab eo igitur anno qui carmen illud composuit saeculum suum annorum CX deduxit et, si id cum palingenesia annorum CCCCXL coniunxit et saeculum illo anno incipiens eius periodi quartum fecit, cardinem periodi annum esse voluit u. c. 298, ante Chr. 456: quae opinio ut aetate imperatoria obtinuit [2]), ita probabile est ad ipsum huius commenti auctorem redire. Nec recte opponetur, quod anni illi in rerum gestarum memoria nullo modo eminent [3]), nam quid secutus sit qui eiusmodi ariolationes excogitavit Chaldaeus Graecae magis originis quam Latinae, id hodie ignorari nemo mirabitur nisi et ipse sectae Chaldaeae. Palingenesia illa et saecula annorum centenorum denorum quando nata sint, nescimus, nec determinari potest pseudopropheta ille, cuius hoc est commentum, utrum id in vulgus emiserit ipso anno belli civilis Fregellani, caeca fide sperans ludis illis edendis mala publica averti, an posteriore tempore scribens Sibyllam finxerit ita cecinisse

---

ludos alteros visurum esse, sed civitatem Romanam eorum memorem semper futuram. V. 9 requiri ἐπὶ ταῖσι δ' Ἐλειθυίας ἀρέσασθαι pro ἐπὶ ταῖς δ' Εἰλειθυίας ἀρ. ad caesuram recte ordinandam. De v. 18 vide quae adnotavi p. 263 not. 1; de v. 31 p. 263 not. 3.

[1]) Haec quae plane respondent Sallustianis (Iug. 40, 2) *homines nominis Latini et socii Italici* (cf. *Staatsrecht* 3, 661) post bellum sociale non habent quo recte referantur, habent adeo offensam: nam Italiam Latinosque sub iugo Romanorum esse tum neque verum erat neque civile. Neque perspicio, quibus rationibus motus Dielsius l. c. p. 14 Phlegontis exordio fidem deneget. Omnino carmen scribi non potuit nisi ab eo qui aut viveret ante civitatem Italis omnibus concessam aut eo tempore vivere se simularet.

[2]) Censorinus, qui scripsit a. 238, loco mutilo 17, 10: .... *institutos esse ad XVvirorum commentarios anno CCXCVIII M. Valerio Spurio Verginio cos.* Vere in commentarii Severiani exordio item mutilo remanserunt verba haec (fr. 1 v. 14): .... [*per*] *magistros collegi M. Valerio Spurio Ve*[*rg*]*in*[*io cos. institutum*].

[3]) Certe expectanda fuit de horum saeculorum origine narratio aliqua fabulosa comparanda ei, quam vivis coloribus adumbratam annales proponunt de saecularibus Diti et Proserpinae sacris. Sed ne reliquiae quidem actorum Severianorum talia habent, quamquam XVviri apud senatum de origine ludorum agunt leguntурque ibi inter alia haec (fr. 1 v. 15): [*tem*]*poribus* [*ab*] *origine sescenten*[*simi et s*]*exagensimi anni*, quot intercedunt inter a. u. c. 298 conditorum horum ludorum et u. c. 957 ludorum Severianorum.

ante bellum Fregellanum, ut credulis persuaderet mala belli Italici evitari potuisse ludis recte celebratis, quamquam haec opinio magis probabilis est. Certe aliquantum ante Augustum carmen prolatum est. Nam saeculum CX annorum, in quo versatur, Varroni notum fuit neque Augustus id excogitavit, sed opinione tum vulgo sparsa usus ad eos computos ludos suos formavit. Scilicet celebrans eos non inspectis denuo libris Sibyllinis, cuius inspectionis nullum indicium extat, provocare debuit ad carmen Sibyllae de ludis eiusmodi ante annos CX aut celebratis aut certe celebrandis[1]). Itaque ludos saeculares a. 628, quos teste Censorino constat perscriptos fuisse in commentariis XVvirum, ut dubitari non potest et infra confirmabitur numquam esse celebratos, ita certissimum est aut ante Augustum fictos esse aut ab ipsius in re sacra adiutoribus felici casu inventos, nec perspicio, quomodo recentiores quidam contendere potuerint eam fictionem in commentarios illos relatam esse aetate demum Severi. Carmen autem a Phlegonte servatum ut aliquanto ante Augustum conscriptum, ita ab Augusto pro lege et norma ludorum saecularium admissum est, idque qui cum actis nostris comparaverit, utraque egregie inveniet conspirare. Redeunt potiora omnia in actis memorata in ipso carmine et quae differunt, continentur intra terminos executionis necessario iis permissae, quos Augustus ad carmen illud festum ordinare iussit.

---

[1]) Coniecturis acutis, sed cum traditis parum conciliandis, quas de computationibus saecularibus Otto Hirschfeld (*Wiener Studien* 1881 p. 97 seq.) protulit et pluribus viris eisque optimis probavit (Diels l. c. p. 14), equidem non adsentior. Augusti ordinatio et in clara luce posita est et a posterioribus ita retenta et confirmata, ut perspicuum sit eos pendere a cardine anni 738 et ne novisse quidem alterum ab Hirschfeldio substitutum a. 731. Sane Domitianus ludos celebravit sexennio ante tempus, sed ipse Augustus quos a. 738 edere debebat, edidit anno praecedente, et cum Suetonius diserte scribat Domitianum Augusti ordinationem secutum esse, ita eam secutus est, ut similem anticipationem admitteret, cum praesertim ea quoque quae de ludis a. 605 auctores tradunt ostendant eos post tempus edi potuisse et post Domitianum sexennio illo insuper habito reditus factus sit ad computationem ab Augusto institutam. Praeterea Augustus si saeculum finire voluisset a. 731 et propter Marcelli mortem consilium deposuisset, quid vetabat ludos post annum ita edere, ut computatio maneret? Denique cum Marcellus diem obierit post brevem aegritudinem non ante mensem Augustum (Plin. h. n. 19, 1, 29; Dio 53, 31), ludi hi primis diebus mensis Iunii edendi eo luctu impediri non potuerunt. Sed non opus est his ratiocinationibus immorari; quaestionem diserto testimonio decidunt fasti Capitolini additamentis quae habent de ludis saecularibus adscriptis imperante etiamtum Augusto (supra p. 225 not. 2) non ad annos Hirschfeldianos, sed ad eos quos requirit saeculum CX annorum. Nam deperditi quidem sunt (ut docuit me de ea re interrogatus Huelsenus) loci, in quibus ludi a. 298. 408. 628 inscribendi fuerunt, at quae superest adnotatio pertinens ad a. 518 ita collocata est, ut nullo modo cum Hirschfeldio ad a. 505 retrahi possit. Habemus igitur testimonium aequale de saecularium superiorum ordine non vero, sed quem Augustus pro vero admisit.

LVDI SAECVLARES AVGVSTI ET ANTIQVIORES REI P. LIBERAE.

Saecularia antiquitus edita esse diis inferis Diti et Proserpinae ad aram XX pedibus sub humo constitutam immolatis hostiis furvis, scilicet bove nigro et vacca nigra sollemnibusque per tres noctes continuatis cum testatum habeamus [1]), his celebrata sub Augusto, de quibus nobis agendum est, similia magis fuerunt quam eadem. Descendunt utraque ex carminibus Sibyllae [2]) et communia habent cum locum tum trinoctii ludos et sellisternia [3]). Sed differt saeculum in priore ordine annorum centum [4]), in Augusto annorum centum et decem [5]), et ipso saeculo ita differente, diverso quoque principio, saecularia utraque incidant necesse est in annos dispares. Differunt item hostiae: bos furvus et vacca furva, qui soli immolantur in antiquioribus, in sacris Augustis non comparent; immolantur in his e contrario hostiae nocturnae porca et agnae et caprae furvae omnes, diurnae boves albi. Differunt similiter numina. Dis pater et Proserpina, quibus illa eduntur [6]), neque in oraculo nominantur neque in actis neque in carmine sollemni, et quod nominantur apud Zosimum, omnino procedit ex utrorumque saecularium quae apud antiquos auctores obtinet perturbatione [7]), quaeque vere causa primaria est errorum has quaestiones insidentium. Centenarium

---

[1]) Praesertim agunt de iis Val. Max. 2, 4, 5 et Zosimus 2, 1—4. Auctor communis sine dubio Varro est, quem nominatim citat Censorinus 17, 8.

[2]) Iussu Sibyllae celebrata sunt saecularia a. u. c. 505 (Varro apud Censorinum l. c.), antiquioris ordinis vere prima: quae praecessisse dicuntur edita ex oraculis domesticis, sine dubio nulla fuerunt.

[3]) *Sellisternia* apud Valerium Maximum bis praebet Paridis epitome, ubi *lectisternia* libri integri: illud verum esse acta nostra declarant et potuit intellegi ante ea inventa; nam utra lectio pro interpolata habenda sit, peritus nemo ambiget.

[4]) Varro apud Censorinum l. c.: *cum ... libros Sibyllinos Xviri adissent, renuntiarunt, uti Diti patri et Proserpinae ... ludi centesimo quoque anno fierent.*

[5]) Sibylla: ἀλλ᾽ ὁπότ᾽ ἂν μήκιστος ἵκῃ χρόνος ἀνθρώποισι ζωῆς, εἰς ἐτέων ἑκατὸν δέκα κύκλον ὁδεύων. Acta v. 25: [*s*]*acrificium saeculare ludosque qui centesimo et d*[*ecimo anno recurrunt*]. Horatius 21: *certus undenos deciens per annos orbis ut cantus referatque ludos.*

[6]) Varro (l. c. adn. 4); Festus v. saeculares p. 329 et v. tarentum p. 351.

[7]) Zosimus scribens sic: θύουσι δὲ θεοῖς Διὶ καὶ Ἥρᾳ καὶ Ἀπόλλωνι καὶ Λητοῖ καὶ Ἀρτέμιδι καὶ προσέτι γε Μοίραις καὶ Εἰλειθυίαις καὶ Ἅιδῃ καὶ Περσεφόνῃ cum praeterea egregie conveniat cum carmine actisque retenta adeo distributione sacrorum diurnorum nocturnorumque et in utrisque iusto ordine, eo nomine inde discedit, quod in fine addit Ditem et Proserpinam. Sed cum secundum narrationem ipsius ludi saeculares sub imperatoribus celebrati repetantur ab antiquioribus, scilicet votis male neglectis et ludis intermissis, dii horum praesides necessario ad elenchum addendi fuerunt.

illud saeculum liberae rei publicae cum celebrari debuisset anno libertati fatali, quo erupit bellum civile inter Caesarem et Pompeium, cum ipsa sepultum est neque per eos annos celebratum neque postea sub imperatoribus ullo tempore resuscitatum. Omisso nimirum hoc saeculo Augustus alterum et annorum spatio et terminis et sacrorum ratione diversum substituit secutus oraculum illud, de quo supra diximus, Sibyllae applicatum palingenesiae annorum quadringentorum quadraginta iam a Varrone Vergilioque[1]) memoratae. Ita in re publica imperante eo restituta *ex integro* quoque natus est *magnus ordo saeculorum*. Scilicet cum saecularia omnia ab eo pendeant, quod certo aliquo anno Sibyllinis libris inspectis publice vota sunt credebanturve vota esse in perpetuum ita, ut post saeculum demum repeterentur, eiusmodi vota plura et diversa antiquitus facta esse vix veritatem, sed certe rationem habet potuitque in eiusmodi sacris ordinandis Capito potentium voluntati ita obtemperare, ut decebat virum tam antiquitatis gnarum et iuris sacri peritum quam obsequentia sua florentem. Quid quod praeter bina haec saecularia tertia quoque inveniuntur cardinem habentia non annum voti facti, sed urbis conditae. Nam secundum id saeculum et Claudius ludos saeculares edidit[2]) et postea Philippus anno urbis millesimo 'saecularia vera' celebravit. Hoc quaeritur, utrum Augustus ludos saeculares suos ad antiquiores ita applicuerit, ut eos videri vellet esse eosdem, an omisso ordine antiquo alterum substituerit. Illa opinio eo commendatur, quod aequalis Augusti Livius de ludis eius saecularibus ita rettulit, tamquam saeculum centenarium continuarint[3]), et eum secutus Censorinus de ludorum annis ita disputat, quasi ludi exempli causa tertii facti sint aut a. 505 secundum Antiatem et reliquos liberae rei publicae rerum scriptores aut a. 518 secundum commentarios XVvirum. Zosimum quoque supra vidimus similiter narrare. Nihilominus Livii haec opinatio reicienda est et altera explicatio sola pro-

---

[1]) Vergilius cum eclogam quartam scripsit, id ipsum carmen, quod nos legimus, cum sua CX annorum periodo rettulisse videtur ad saecularia celebrata secundum annales anno urbis 605 vel 608; nam per hanc computationem saecularia referri potuerunt ad a. 714, quo Pollio fasces gessit. Quod computus vere uno anno differt et, id quod gravius est, quod saecula centenaria ita cum saeculis annorum centenorum denorum confunduntur, satis excusabunt blanditiae clientis et poetae.

[2]) Haec opinio olim a me defensa et simplicitate sua opinor commendatur et eo quod scribit Suetonius Claud. 21: *fecit et saeculares quasi anticipatos ab Augusto nec legitimo tempori reservatos*, simul indicans eundem imperatorem in historiis suis Augusti rationes probasse. Potuit facere utrumque, et rationes palingenesiae illius CCCCXL annorum admittere et magis probare saeculum pendens ab origine urbis adeoque addere melius facturum fuisse Augustum, id si expectasset. *Utriusque principis rationes* (verba sunt Taciti ann. 11, 11) diversae magis fuerunt quam contrariae. Recte igitur Severiana saecularia in actis *septima* appellantur, non octava, ut numerantur apud Censorinum comprehensis Claudianis.

[3]) Livius l. CXXXVI apud Censorinum 17, 9: *eodem anno ludos saeculares Caesar ingenti apparatu fecit, quos centesimo quoque anno — is enim terminus* (*his enim terminari* cod.) *saeculi — fieri mos est* (*ut* cod.).

babilis; immo, si quid video, mera Liviana inconsiderantia, quod ludos saeculares Augusti centenariis illis secure adiungit, posteriores in errorem eundem induxit. Nam ineptam temeritatem, ut ludi celebrati sollemniter a. 505 et 605/8 omnibus veteribus annalibus abunde testati in alios annos traicerentur, Capito certe non commisit, a quo Augusti iussu sacra ordinata esse traduntur [1]). Scilicet cum Augustum omnes consentiant ludos saeculares restituisse tamquam intermissos et quodammodo abolitos [2]), certe qui proxime praecedere debebant ludi nulli fuerint necesse est. At ludi a. 737 si sunt ita celebrati, ut quinti essent post quartos editos a. 605/8, id ne contendi quidem potuit: contra si collegium de aevo illo CCCCXL annorum cogitavit, hoc se tueri poterat, quod ludorum secundum normam eam in annos 298. 408. 518. 628 incidentium memoriam annales nullam habebant, carmen autem Sibyllae de saeculo CX annorum, quod circumferebatur, editum dicebatur anno 628 pia fraude ut videtur (supra p. 235). Secundum haec poterat narratio ita formari, ut carmine illo Sibylla crederetur ludos anno 628 edi iussisse, sed ei iussioni non esse obtemperatum, itaque iam saeculo CX annorum alio finito editionem iusto tempore redintegrari. Sane ludorum saecularium antiquis substitutorum diversitatem non ita Augustus proclamari voluit, ut de ea errari non posset et vix aegre tulit imperator vulgi errorem talem, qualem commisit Livius commiseruntque eius vestigiis insistentes Censorinus et Zosimus; sed sacerdotes eius aetatis, ut decet aulicos, mentiti sunt cum aliquo pudore.

---

[1]) Vide adn. 2. Capito consul factus a. u. c. 758 = p. Chr. 5 fascibus, ut ait Tacitus ann. 3, 75, acceleratis, mortuus a. u. c. 775 = p. Chr. 22 tum cum editi sunt ludi saeculares iuvenis fuerit necesse est. Quod si ex Taciti verbis hoc efficiendum esset eum ante annum suum consulem factum esse, id est ante annum natalem tricesimum, in saecularibus ordinandis partes eius nullae esse potuerunt. Sed vere Tacitus hoc tantum dicit Augustum, cum Labeo Capitone aetate maior in ordine praetorio hunc praecederet, Capitoni fasces antea dedisse, quam consuetudo requireret in viro nequaquam summae nobilitatis. Itaque nihil obstat, quominus Capito natus sit Caesare dictatore.

[2]) Ludos eos enumerat Suetonius Aug. 31 inter *paulatim abolita ex caerimoniis antiquis*: idem ait (Claud. 21) Claudium in historiis suis tradere *intermissos eos Augustum multo post diligentissime annorum ratione subducta in ordinem redegisse.* Similiter Zosimus: *ταύτης ἐπὶ χρόνον τῆς θυσίας ἀμεληθείσης αὖθίς τινων συμπεσόντων ἀποθυμίων ἀνενεώσατο τὴν ἑορτὴν Ὀκταβιανὸς ὁ Σεβαστός, τὸν θεσμὸν Ἀτηίου Καπίτωνος ἐξηγησαμένου, τοὺς χρόνους, καθ' οὓς ἔδει τὴν θυσίαν γενέσθαι καὶ τὴν θεωρίαν ἀχθῆναι, τῶν πεντεκαίδεκα ἀνδρῶν, οἳ τὰ Σιβύλλης θέσφατα φυλάττειν ἐτάχθησαν, ἀνερευνησάντων.* Haec ipsa recte tradita sunt nec coniecturis temptanda: inter *ἑορτὴν* et *τὸν θεσμὸν* quod codex interponit *ὑπάτων ὄντων Λουκίου Κηνσωρίνου καὶ Μάρκου Μαλλίου Πουηλίου* ex margine intrusa et pertinentia ad saecularia a. 605 videntur pars esse eorum quae paullo ante post *καθήγισαν* exciderunt. Scilicet ita Zosimus narravit oraculum Sibyllae de ludis saecularibus celebrandis editum esse a. 505 et secundum id tam eo anno ludos editos quam a. 605, adnotans iam a. 406 similes ludos esse celebratos, illis deinde successisse rebus interim turbatis ludos Augusti a. 737.

PERSONAE IN ACTIS NOMINATAE.

Viri qui in actis nominantur quinam fuerint cum quaerimus, eo impedimur, quod ubi recensentur sacerdotes, non ponuntur tria nomina sollemnia, sicut certe plerumque fit in actis Arvalium, sed ita nomina breviantur, ut non satis agnoscantur. Inveniuntur autem in iis hi adsumptis quinque magistris, quos plenis nominibus recensent fasti Capitolini.

Consul a. 737:

C. Silanus 52. 59.

Senatores qui scribendo adfuerunt:

.. *Aemilius Lep[id]us* in senatus consultis Mai. 23 v. 51 (fortasse consul a. 733, vide infra).

C. Asinius Cn. f. [Pollio] in senatus consulto Febr. 17 v. 9; consul videtur significari a. 714, quamquam offendit, quod nomen eius legitur post Silanum.

L. Cestius in senatus consultis Mai. 23 v. 51, fortasse C. Cestii L. f. eius, cuius extat monumentum C. VI, 1375, fratris filius.

M. Iunius M. f. Si[lanus] in senatus consulto Febr. 17 v. 8, fortasse consul a. 729.

L. Petronius Rufus in senatus consultis Mai. 23 v. 51.

....*rinus* in senatus consulto Febr. 17 v. 9.

XVviri sacris faciundis:

1. *imp. Caesar Augustus* 53. 103. 107. 115. 135. 139. 150, item in fastis Capitolinis ex magistris quinque primus.
2. *M. Agrippa* 44. 53. 104. 107. 120. 132. 139. 150. 165. Sacerdotium habet item titulus Gnathinus C. IX, 262: *[M.] Ag[rippae L. f.] imp., X[Vviro] sacr. fa[ciund.]*.
3. *Q. (Aelius?) Tubero* 152, fortasse consul a. 743.
4. *Q. (Aemilius) Lepidus* 150, omnino consul a. 733.
5. *L. Arruntius* 45. 151. Consulem a. 732 (nam eum intellegi iam constat) item fuisse quindevimvirum ostendit titulus eius repertus Atinae Latii (C. I. L. X, 5055): *L. Arruntius L. f. cos., XVvir sacrieis* (sic) *faciundis viam semitas faciundum, clovacam reficiundam d(e) s(ua) p(ecunia) curavit.*
6. *C. Asinius Gallus* 107 (ubi *Asiniu[s G]allus*). 151 (ubi *C. Asinius*), consul a. 746. Ex his actis nomen eius non est sublatum, nisi forte tertio loco v. 168 nominatus fuit.
7. *C. (Caninius) Rebilus* 107. 152, fortasse consul a. 742.

8. *M. Claudius M. f. M. n. Marcellus* 151. 168 et fast. Cap., ubi magister est tertius (plene hic, *M. Marcellus* acta), consul a. 732.

9. *M. Cocceius* (*Nerva?*) 151. Eius nominis vir qui consul fuit cum C. Vibio Rufino (cf. C. I. L. VI, 1539. 9005) ab hoc nostro diversus fuit; nam collegam iam constat legatum praefuisse Germaniae superiori a. p. Chr. 43 (vide quae dixi *Correspondenzblatt der westdeutschen Zeitung* a. 1888 p. 58).

10. *M. Fufius M. f. Strigo* 151 et fast. Cap., ubi magister est quartus (plene hic, *M. Strigo* acta). Praeterea ignotus homo.

11. *D. Laelius D. f. D. n. Balbus* 151 et fast. Cap., ubi magister est quintus (plene hic, *D. Laelius* acta), consul a. 748.

12. *C.* (*Licinius*) *Stolo* 150. 167. Potest esse C. Licinius Stolo is, quocum Varro a. u. c. 717 de re rustica (1, 2, 9) fertur sermones habuisse, Hirschfeldio iudice non diversus a *C. Calvo Stolone* tituli urbani C. I. L. VI, 9699.

13. *M. Lollius* 45. 107. 151, fortasse consul a. 733.

14. *L.* (*Marcius*) *Censorinus* 44, si est consul a. 715, eo tempore minimum septuagenarius.

15. *C.* (*Mucius*) *Scaevola* 107. 150; *C. S*... 167 aut hic est aut C. Sentius aut C. Sosius.

16. *C. Norbanus* 151, fortasse consul a. 730.

17. *Cn. Pompeius* 167, fortasse consul a. 723.

18. *C. Sentius C. f. C. n. Saturninus* 107. 151 et in fastis Capitolinis magister secundus (hic plene, *C. Sentius* vel *Sentius* acta) consul a. 735.

19. *C. Sosius* 150, fortasse consul a. 722. In nummo eius, quem ex Riccii tabula repetivit Babelon *monn. de la rép. Rom.* vol. 2 p. 464, tripodem cerni monuit me Wissowa.

20. (*M. Valerius*) *Potitus Messalla* 150. 154, consul a. 722[1]).

21. (*M. Valerius*) *M*[*ess*]*alla Messallinus* 152, consul a. 751. Hunc ut intellegamus, requirit carmen notissimum, quo eum ante a. 735 Tibullus celebravit factum quindecimvirum. Accedit cognomen duplex eidem similiter tributum in titulo nuperrime in urbe Roma invento[2]), cum auctores varient (Μεσσαλᾶς ἢ Μεσσαλῖνος index Dionis, ubi iam crediderim ἢ delendum esse, *Messalinus* fastorum indices Chronographi

---

[1]) A. 722 k. Nov. consulem factum *M. Valerium* nominant fasti Venusini et Ficoroniani (C. I. L. I p. 471 n. VI et VII), *M. Messal*(*lam*) nuper inventi Cuprenses (Fiorelli *Not. degli sc.* 1888 p. 563 = Eph. epigr. supra p. 55 n. 224). Eundem *Valerium Potitum* nominat Dio non recensens in indice, sed memorans in textu 51, 24, adscribens eum ad a. 725 errore, quem refutavit Borghesius opp. 1, 412 nec debuit defendere Waddington in elencho proconsulum Asiae n. 52. Cf. Eph. epigr. 3 p. 4.

[2]) Eum repertum ad thermas Diocletianas edidit Gattius noster in academiae regiae Romanae excavationum notitia a. 1890 p. 214 scriptum a parte utraque. In altera nominantur consules a. 751 sic:

a. 354 et Hydatianus, item Tibullus 2, 5, 17. 115[1]) Ovidius ex Ponto 1, 7. 2, 2, Velleius 2, 112, Tacitus ann. 3, 18. 34; *Messalla* mon. Ancyr. 3, 29, tituli C. IV, 2450 et VI, 10253, Suetonius Aug. 58. 74, Galb. 4, Tacitus ann. 1, 8). In cognominibus iis cum adhuc crediderimus duas formas perturbatas esse, iam intellegitur eum usum esse simul utroque.

Anno igitur u. c. 737 quindecimvirum collegium numeravit sacerdotes viginti unum et fortasse etiam plures, nam indices duo pleni non nominant nisi praesentes. Confirmatur ita quod refert Dio[2]) a. u. c. 725 imperatori permissum esse, ut publicos sacerdotes quot vellet etiam supra numerum crearet et illustratur eo, quod post annos duodecim in hoc certe collegio inter maiora quattuor non summo minimum septem sacerdotes invenimus supra numerum creatos, quorum locorum numerum postea etiam magis crevisse Dio significat[3]). — Sacerdotes ego supra recensui ordine alphabetico: in actis cum enumerentur quinquies, scilicet primo loco qui eo die in decreto faciendo adfuerint, tribus sequentibus qui adfuerint ad sacra diurna terna, postremum in ipso actorum fine, ubi omnes nominatos fuisse verisimile est, ex his quinque indicibus integro secundo et quarto solis, ordo hic est:

---

m. mes SALLA · MESSAL*l*
l. lentul VS · FLAM · MART
COS
ex s. C · R·EFIC · CVR

L. Lentulum hunc flaminem Martialem fuisse praeterea testatur denarius cusus ab eo triumviro monetali inter a. 734 et 739 (videantur quae dixi ego *Zeitschrift für Numismatik* vol. 11 a. 1884 p. 80 dixitque Babelon *monn. de la rép. Rom.* I p. 431). Ab altera parte incisus est titulus a. p. Chr. 41 hic: EX · AVCTOR*itate* | TI · CLAVDI *Caes.* | AVG · GERM | PONTIF *Max.* | CN · SENTIVS · SATVR*ninus cos.* | REFICIEND · CV*ravit.*

[1]) Dubitavi aliquamdiu, Messalla is, de quo poeta v. 119. 120: *tum Messalla meus pia det spectacula turbae et plaudat curru praetereunte pater,* utrum pater sit an filius, postquam hunc didicimus eodem nomine et ipsum usum esse; nam non sine aliqua molestia pater praedicative accipitur videnturque adeo *Messalla* et *pater* sibi opponi, ille ex curru triumphali oculos ad patrem convertens, hic praetervehenti filio plaudens. Sed simplicior certe est opinio vulgo recepta.

[2]) 51, 20: *ἱερέας τε αὐτὸν καὶ ὑπὲρ τὸν ἀριθμὸν ὅσους ἂν ἀεὶ ἐθελήσῃ προαιρεῖσθαι.* Id principem ita effecisse, ut quos creari vellet senatui commendaret, exposui *Staatsrecht* 2, 1110. Etiam in Arvalium collegio numerum sacerdotum excessisse legitimum Henzenus praef. p. III adnotavit.

[3]) L. c.: *ὅπερ που ἐξ ἐκείνου παραδοθὲν ἐς ἀόριστον ἐπηυξήθη, ὥστε μηδὲν ἔτι χρῆναί με περὶ τοῦ πλήθους αὐτῶν ἀκριβολογεῖσθαι.* Quot fuerint imperante Severo, acta altera non magis determinant; qui nominantur ad numerum nostris actis testatum prope accedunt.

v. 44. 45	: 2. 14 ..... 13. 5 .....
v. 107	: 1. 2. 15. 18. 13. 6. 7.
v. 132	: 2 .....
v. 150—152:	1. 2. 4. 20. 12. 15. 19. 16. 9. 13. 18. 10. 5. 6. 8. 11. 3. 7. 21.
v. 167/8	: ..... 17. 12. 15(?) ..... 8 .....

In his indicibus ad honorificentiae gradum respectum esse vel inde intellegitur, quod Augustus et Agrippa ubi nominantur praecedunt, extremus est Messallinus, quem constat adulescentulum in collegium receptum esse et eo tempore, quo ludi celebrati sunt, honoribus etiamtum caruisse. Sed ad certam legem recensus eos non esse institutos item inde efficitur, quod C. Sentius cos. 735 secundo loco praecedit, quarto sequitur M. Lollium cos. fortasse a. 733. Item qui aetate consulari inter privatos tertio loco fuisse videtur Potitus Messalla consul suffectus a. 722 (praecedunt eum L. Censorinus consul a. 715 et C. Sosius ordinarius a. 722) quique ludis quoque circensibus praesedit, in recensu quarto locum obtinet post Q. Lepidum consulem omnino a. 733. Denique in actis Arvalium eorum qui adfuerunt certum ordinem non observari ostendimus in auctario huic commentario subiuncto. Itaque ut in universum sacerdotes natu maiores et honoratiores praecedunt, ita ad legitimam normam id proferri non potest et quae restant ambigua non pauca de personis, ordinis ope parum determinantur.

Magistros, quos quinque numero fuisse fasti Capitolini ostendunt, acta haec semel tantum nominant v. 29 in formula *isdem cos., isdem mag. s. f.* praescripta decreto collegii, qua videtur indicari eos annuos fuisse pariter atque collegii Arvalium[1]). Praeterea in senatusconsulto v. 57 *magistri XVvirum* ludos edere dicuntur. In ipsis actis partes eorum nullae memorantur; Augustus et Agrippa cum pro collegio sacrum faciant, hic non est inter magistros; non magis est eorum unus Potitus Messalla is qui ludis circensibus praesidet; denique quidquid fit pro collegio ediciturve, XVviri faciunt edicuntve (cf. v. 40: [*a*] *collegio edicti*), non magistri eorum.

SAECVLARIA DECRETA ET ORDINATA.

Sacra publica populi Romani et si qui cum his coniuncti sunt ludi fiunt aut per magistratus aut per sacerdotes, publicos populi Romani utrosque, praesertim per collegiorum publicorum magistros. De ipso discrimine pluribus exponere non est huius loci (cf. *Staatsrecht* 2, 133); cernitur praesertim in eo quod ludis aliis praesident magistratus, ut Romanis et plebeiis

[1]) Confirmatur id actis Severianis; ibi a. 203 magister est Manilius Fuscus, a. 204 Pompeius Rusonianus.

similibusque, aliis sacerdotes, ut fit et in sacris Arvalium et in saecularibus nostris [1]). Publica auctoritate tam hi ludi fiunt quam illi, et cum ad vota ludi omnes fere redeant tam semel facti quam in perpetuum faciendi, ipso eo voto statutum sit necesse est, per quos votum solveretur. In faciendis votis excepto summo veris sacri populi partes nullae sunt, sed de minoribus decidunt magistratus soli, de maioribus et maxime de sacris perpetuandis iidem adsumpto senatu (*Staatsrecht* 3, 1058). Itaque collegium aliquod sacerdotum cum ex voto sacra ludosque facit, praecesserit necesse est, ut acta Arvalium alicubi enuntiant, *iussus consulum et senatus consultum* [2]). Ludi saeculares cum voti aut essent aut esse fingerentur anteriore aetate in perpetuum ita, ut quindecimviri eos facere iuberentur, iam ut suo tempore recte ederentur horum cura erat. Id quomodo executi sint, acta aetatis Augustae quae habemus non patefaciunt, quoniam prior pars eorum hodie desideratur. Sine iussu publico eos fieri non potuisse manifestum est: nam quamquam aut voti erant olim libris Sibyllae inspectis publice in perpetuum in annum certum aut esse simulabantur, ut supra exposui, certe voti erant in diem incertum et in edendis his adeo ab anno illo discessum est ludis anno uno anticipatis, qua de re infra dicetur. XVviri autem etsi secundum acta haec de ludis *more exsemploque maiorum* edendis contionem habuerunt [3]) et saepius de iis edixerunt [4]), non solum edictis suis plerumque homines *commonefaciunt* (v. 65) et nuntiant magis quam iubent, sed etiam ubi iubent, id fecerint necesse est muniti auctoritate aliqua vere publica, sine qua fieri non potuit, ut triduo illo, quo ludi facti sunt, *feriae* publicae essent [5]) et lites quiescerent (v. 13. 14). Item cum *denuntiant* matribus familias CX puerisque et puellis septenis vicenis, id vocabulum omnino ita accipiendum est ut accipitur in testibus; cogunt igitur legitime, at non sua sola auctoritate. Auctor autem in ea re XVviris cum esse non potuerit nisi aut senatus aut princeps, decrevisse de ludis edendis senatum iam patefaciunt acta Severiana

---

[1]) Reperiuntur etiam sacra inter sacerdotes et magistratus ita divisa, ut illi hostias immolent, hi ludis praesint. Ita in carmine Marciano, secundum quod Apollinaria instituta sunt, ordinantur sic: *his ludis faciendis praeerit praetor is qui ius populo plebeique dabit summum; decemviri Graeco ritu hostiis sacra faciant* (Liv. 25, 12, 10).

[2]) Acta a. 37 Ian. 23; cf. altera a. 89 Ian. 17. *Staatsrecht* 2³, 135.

[3]) Actorum v. 26; cf. Festus ep. p. 38: *contio significat conventum, non tamen alium quam eum qui a magistratu vel sacerdote publico per praeconem convocatur.* Ius contionandi edicendique sacerdotum ego *Staatsrecht* 1, 200. 204 terminis nimis angustis conclusi soli pontifici maximo id attribuens.

[4]) Praescriptio servata est actorum v. 64 et 154: *XVvir(i) s(acris) f(aciundis) dicunt*; memorantur edicta v. 24. 40. 46. 162; v. 80 adest exordium *b(onum) f(actum)*, de quo infra p. 255 not. 1 dictum est. — In actis Severianis edictis quod praescribitur: *imp. Caesar . . . Severus . . et imp. Caesar . . Antoninus [et Geta Caesar] cum ceteris XVviris s. f. dicunt* cum formulis temporum quoque mutationem luculenter declarat.

[5]) Actorum v. 39. Cf. *Staatsrecht* 2, 135 not. 5.

ordientia ita fere: *prid. . . . . ias* (vel . . . . *tas*) *in curia Iulia XVv[i]r(i) s(acris) f(aciundis) an[te s]uggestum a[m]plissim[orum consulum consti]terunt*; sequitur relatio magistri et quae decreti loco est sententia senatoris qui primus censet. Accedit quod pecunia ex aerario ad ludos eos edendos attribui non potuit nisi per senatum, item quod Domitianus testibus fastis Capitolinis ludos saeculares fecit *ex s. c.*, potestque addi anticipationem ludorum tam Augusti quam Domitiani eo ducere, ut senatus de ea re decreverit, nam et illi anno et hi sexennio ante iustum tempus celebrati sunt. In commentario Ancyrano IV, 36 quae leguntur: *[pr]o conlegio XVvirorum magis[ter conl]egii colleg[a] M. Agrippa lud[os s]aecul[are]s C. Furnio C. [S]ilano cos. [feci]* nulla senatus mentione facta, iam cedunt, aliter quam antea existimavi Ancyrana edens, actorum testimonio diserto, cum praesertim *pro conlegio* sic quoque ludi fiant non solum ab eo editi, sed etiam cura eius a senatu impetrati. Imperatoris autem in hac actione partes propriae videntur nullae fuisse, quamquam utpote ex quindecimviris unus tam collegii deliberationibus quam relationibus eius ad senatum interesse potuit. — Senatus ita aditus quid decreverit, in ipsis actis non superest; partem decreti et diem, qui est Febr. 17, servavit fragmentum dudum notum (C. I. L. VI, 877*a*) actorum tertiorum similium, Claudianorum opinor vel Domitianorum[1]), quod subieci:

. . . .

[Quod . . . .] cos. v. f. de lucari ludorum sa[ecularium qui senatus]
[decrevit . . . . . uti] fierent, q. d. e. r. f. p., d. e. r. i. c.: uti, quoniam ant[e . . . . annos]
[cum item decreti essent ludi] saeculares, XVvir(is) sacr. faciund. in summa constitu[enda senatus]
[secutus est sacerdotibus pro ludis,] quos pro salute Caesaris fecerunt, lucaris nomine cons[titutam,]
[cos. iis qui aerario praesun]t inperent, uti eam pecuniam dandam adtribuendam [ludorum]
[redemptoribus curent, qua eo] anno C. Silano C. Furnio cos. a. d. XIII k. Mart. senat[us decrevit]
[uti ludi tum edendi propter sac]rificium saeculare locarentur in ea verba qu[ae i. s. sunt:]
[A. d. XIII k. Mart. in curia I]ulia. Scribundo adfuerunt M. Iunius M. f. Si[lanus
. . . .]rinus, C. Asinius Cn. f. [Pollio . .
. . . .

[1]) Ad acta Severiana id non pertinere manifestum est.

Vides actis his posterioribus, cum in lucari ludorum saecularium constituendo placuisset, sequi id quod de eo constitutum erat sub Augusto, exemplum senatus consulti tum facti insertum esse, cuius et argumentum refertur et principium superest. — Sed praeter pecuniam veri simile est de aliis rebus ad editionem pertinentibus simul senatum tum decrevisse, fortasse de caerimoniis quinam ex XVviris eas perficerent non tam collegii decreto decisum esse quam eo senatus consulto. Scilicet cum magistratuum partes in iis nullae essent, caerimonias eas iure credideris spectavisse ad magistros, ut apud Arvales caerimoniae omnes perficiuntur per magistrum in annum eum decreto collegii constitutum. In saecularibus ludis autem secus est: videbimus ordinari eos ab Augusto, immolare et precari pro collegio Augustum et Agrippam, circensibus quadrigas mittere Potitum Messallam, quorum inter eius anni magistros unus Augustus est. Augustus et Agrippa quamquam dubium non est honorem eum obtinuisse propter principatum et ob eam causam utrique in senatusconsulto adscribi tribuniciam potestatem, non pro ea potestate sacra fecerunt, sed, ut ipse Augustus ait in commentario, *pro conlegio XVvirum.* Itaque decreto ad id opus erat, quod quamquam fieri potest ut fecerit collegium, pari iure et fortasse meliore referri poterit ad senatum.

Deficit praeter senatus consultum de ludis edendis in actis quae habemus ludorum edictio commemorata v. 39. 40: *loedi* ... [*qui a*] *collegio edicti sunt,* nam in iis quae praecedunt id non reperitur. Praeconis, quem ludos eos adnuntiantem nummi et Augusti et Domitiani videntur repraesentare[1]), si qua mentio in actis facta fuit, et ipsa periit.

Incipiunt acta quae supersunt ab epistula (v. 1—23) ab Augusto opinor data ad collegium XVvirum, qua ludorum futurorum dies et ordo de-

---

[1]) Hominem veste succincta, capite tecto galea pinnata, tenentem dextra caduceum alatum in nummo Augusti, in Domitiani baculum, sinistra clipeum rotundum exhibent nummi duo, Augusti cusus a M. Sanquinio (Babelon *monn. de la rép.* 2 p. 417) et Domitiani (Eckhel 6, 385; Cohen *méd. des emp.* I p. 476 n. 72), hic una cum cippo eo, de quo supra p. 226 diximus, et turibulo. Similes sunt nummi Augusti ipsius, Cohen *méd. des emp.* I p. 79 n. 112 et p. 89 n. 188. Quodnam officium ita repraesentetur, quaeritur. Carolus Robert a me consultus respondit eandem figuram redire in anaglyphis duobus, altero servato in codice Coburgensi (edidit Ernestus Schulze in programmate gymnasii reformatorum Petropolitani a. 1873: *alte Handzeichnung eines Reliefs mit Darstellung des Salierumzuges,* p. 15. 8, ubi citatur plenior imago data apud Casalium in libro de veteribus ritibus a. 1644 edito), altero Anagnino (edidit Benndorf ann. inst. arch. a. 1869 tab. add. E); in hoc tres minimum eiusmodi homines pingi ordine gradientes, in illo duos praecedentibus tubicinibus duobus et duobus modiorum portatoribus; agi igitur de collegio aliquo. Salios non significari, id quod multi statuerunt, praeter alia inde colligitur, quod salio cum saecularibus ludis nulla communio est. Magis crediderim repraesentari ita praecones ad res sacras adhibitos, scilicet ἱεροκήρυκας vel Latine lictores curiatios; nam eos XVviris quoque apparuisse probabile est et in collegii formam ii redacti fuerunt. Sed rem obscuram et meam provinciam egredientem alii spero fore ut elucident.

terminantur. Reliquiae ut nec de forma dubitare sinunt[1]) nec de argumento, ita praecesserit necesse est decretum id de quo diximus senatus, quod Augustum iubebat ordinationem sacrorum suscipere. Secundum id decretum Augustus hac epistula ad collegium scripta ludis formam et normam dedit. Eodem recte referetur, quod teste Zosimo sacrificia ordinavit iussu Augusti Ateius Capito iuris sacri peritissimus. — Dies epistulae deficit, sed quod sequitur edictum cum scribitur *eodem die* propositum esse, propositum autem est a. d. VIII k. Apr., scripta sit necesse est inter Febr. 17 et Mart. 24.

Sequitur edictum v. 24—28 *eodem die,* ut dixi, propositum, quo cum populus doceatur quomodo ludi celebrandi sint, ea autem quae sequuntur suam praescriptionem habeant neque ad edictum illud pertineant, doctrina illa magis ex epistula venit quam ex edicto statuendumque erit praecessisse diem non epistulae scriptae, sed sessionis collegii, in qua epistula ea recitata est, et decrevisse collegium, ut epistula cum subiecto collegii decreto publice proponeretur.

Decretum collegii v. 29—36 quod sequitur cum habeat annum praescriptum *isdem co(n)s(ulibus), isdem mag(istris) XVvir(um) s(acris) f(aciendis),* dies videtur casu aut positus fuisse loco non suo aut omissus; qui dies fuerit necesse est inter Febr. 18 et Mart. 24. Decernit collegium de distributione suffimentorum et acceptione frugum.

Decretum hoc excipit v. 37—45 alterum collegii factum die VIII k. Apr. = Mart. 25, quibus subscribuntur nomina eorum qui adfuerunt. Sed in sessione ea quid additum sit antea decretis, parum apparet propter reliquiarum exilitatem. Locus indicatur, ubi ea certe die collegium convenit, sed *pro aede* ... quod superest non habemus quomodo expleamus. Conferendum est quod ait Cicero Philipp. 3, 11, 77: *sedens pro aede Castoris dixit*[2]) et quod Arvales sacra indicunt et alibi et *in pronao aedis Concordiae.* Cogitari poterit de area ante aedem Apollinis Palatini, in qua Sibyllae carmina eo tempore custodiebantur et ubi Severi tempore convenisse XVviros acta altera testantur; sed sedem lege fixam collegium XVvirum aetate Augusti non magis videtur habuisse quam habuerunt Arvales. Agitur deinde de triduo ludorum, quod tamen in ipsa indictione nuntiari debuit nec tum demum stabilitum est. Edictum XVvirum quod sequitur v. 46—49 cum diem suum non habeat, probabile est die sessionis illius propositum esse. Itaque cum edictum pertineat ad ordinandam distributionem suffimentorum, ad eam etiam acta aliquo modo videntur pertinuisse. De ipsa re infra videbimus.

His subiuncta sunt senatus consulta duo maiore ex parte iam antea nota, pertinentia ad ludos instantes et propterea cum collegio ita communi-

---

[1]) 1. 5 *vos* — 6. 8 *iubeatis* — 13 *memineritis.* Senatus consulti forma, qualis ea aetate observabatur, eiusmodi locutiones non admittit.

[2]) Parum recte ad hanc locutionem Festus p. 246 rettulit praepositionum *pro* et *in* usum promiscuum.

cata, ut in eius acta referrentur. Praescribitur priori: *a. d. X k. Iun. in saeptis [Iulis: scribendo adfuerunt . .] Aemilius Lepidus, L. Cestius, L. Petronius Rufus* . . ., secundo: *eodemque die ibidem; sc(ribendo) id[em] adfuer(unt) et senatus consultum factum es[t]*. Facta igitur sunt X k. Iun. = Mai. 23 in saeptis Iuliis paullo ante aedificatis, quo iam discimus senatum quoque vocari potuisse.

Prius senatus consultum v. 50—57 pendet a lege anno ante lata de maritandis ordinibus. Eam hinc intellegimus tam viris quam mulieribus intra annos fere XXV (vel XX) et LX (vel L) constitutis (cf. Ulpian. reg. 16 cet.) nec maritatis praeter alias caelibatus poenas hanc quoque imposuisse, ne ludos publicos spectarent: a qua poena in saecularibus ludis utpote religionis causa institutis neque ulli viventium postea redituris caelibes hoc decreto solvuntur. Poena illa aliunde nobis non cognita et a recentioribus fere neglecta interpretatione non eget. Legibus solvere senatus fuisse notum. Ipsum decretum ita poterit non redintegrari, sed reliquiae ut intellegantur effici:

52 *Quod C. Silanu[s co(n)]s(ul) v(erba) f(ecit) ludos saecularis post complu-*
53 *r[es annos eo qui nunc est, facientibus (?) imp. Caesare] | August(o) et M.*
A[grip]pa tribunic(ia) potestate, futuros, quos [quod spectare quam pluri-
54 *mos convenit] | propter rel[igione]m atqu[e]*[1]*) etiam quod tali spectaculo*
55 *[nemo iterum intererit, permittendum videri lu]|dorum eo[ru]m [diebu]s qui*
nondum sunt maritati, sin[e fraude sua ut adsint, q(uid) d(e) e(a) r(e)
56 *f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) i(ta) c(ensuerunt), ut quoniam ludi iei] | re-*
ligio[nis] causa sun[t in]stituti neque ultra quam semel ulli mor[talium eos
57 *spectare licet, ludos], | quos [m]ag(istri) XVvir(um) s(acris) f(aciundis)*
[ed]ent, s(ine) f(raude) s(ua) spectare liceat ieis qui lege de marita[ndis
ordinibus tenentur].

Secundum alterum decretum v. 58—63, quod sic licebit explere:

59 *Quod C. Silanus co(n)s(ul) v(erba) f(ecit) pe[rti]nere ad conservandam me-*
60 *moriam tantae b[enevolentiae deorum*[2]*) commentarium ludorum] | saecula-*
rium in colum[n]am aheneam et marmoream inscribi st[atuique ad futuram
61 *rei memoriam utramque] | eo loco, ubi ludi futu[ri s]int, q(uid) d(e) e(a)*
r(e) f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) i(ta) c(ensuerunt), uti co(n)s(ules) a(l-
62 *ter) a(mbo)v(e) ad f[uturam rei memoriam columnam] | aheneam et alteram*
[m]armoream, in quibus commentari[um ludorum eorum inscriptum sit, eo
63 *loco statuant et id opus eidem] | locent praetoribusque, q(ui) [a(erario)]*
p(raesunt), inperent, uti redemptoribus ea[m summam qua locaverint sol-
vant.]

---

[1]) In lapide, quem amici Romani diligenter inspexerunt, et in ectypo quoque ab iis misso est RE'//////V (potius quam 1) MATQVI (non E) · ET. Lapicida erraverit necesse est.

[2]) Supplementum debeo Dielsio.

acta collegii de ludis saecularibus publice incidi iubentur tam in aere quam in marmore et eo loco ubi ludi futuri essent collocari. Ea quoque res pertinet ad senatum propter sumptus ex aerario praestandos: quod ut perficiatur, solito more (v. *Staatsrecht* 3, 1132) consules iubentur opus faciendum locare et iis qui aerario praesunt imperare, ut quantae pecuniae locarint, tantam redemptoribus solvant. Aerarium eo tempore pro quaestoribus praetores administrabant (*Staatsrecht* 2^3, 558), itaque quod ad id vocabulum adscriptum est Q / P explendum est Q · A · P, scilicet *q*(*ui*) *a*(*erario*) *p*(*raesunt*). Columnam marmoream ita inscriptam et expositam supra iam diximus ipsam esse, cuius reliquias edimus.

Senatus consultis duobus subiungitur edictum XVvirum v. 64—75 propositum a. d. VIII k. Iun. = Mai. 25 pridie quam inciperent caerimoniae (cf. v. 67). Collegii decretum cum nullum praecedat, videntur hoc edicto non tam nova praescribi quam stabilita a collegio accuratius determinari. De singulis infra agetur.

SVFFIMENTORVM DISTRIBVTIO.

Incipit sacri tractatio a suffimentis dandis, quo spectant ex nostris reliquiis haec potissimum:

ex epistula Augusti:

7 ... *Iun. bene atque diligen*[*ter*] ...
8 ... *os petere iubeatis ieisq*[*ue*] ...
9 ... *n in Capitolium ante aed*[*em Iovis*] ...
10 [*et in Aventino ante D*]*ianae bene frequentesque a*[*desse*] ....
11 .. *s deisque milicheis frugum* ...

ex decreto collegii:

30 *purgamenta dari et fruges accipi collegio* .... [*placere, ut in Capitolio ante aram Iovis optimi*]
31 *maximi et ante aedem Iovis tonantis et* . . . . [*in Palatio ante aedem*]
32 *Apollinis et in porticu eius, fruges autem i*[*bi ubi supra scriptum est accipiendas esse et ad aedem Dianae in Aventino et*]
33 *in porticu eius*

ex edicto:

47 *quo minore molestia* ....
48 *a. d. V k. Iun. suffim*[*enta*] ...

ex edicto altero:

65 *Commonefaciundos homin*[*e*]*s existumavimus, ut omnes libe*[*ri* . . . . *qui suffimenta*]

66 *peterent ne amplius quam [seme]l iei coniugesque ....*
67 *a. d. VII aut VI aut V k. Iun. a ....*
68 *suffitique ad ludos venire[nt]* .....

In actis Severianis tribunalia ad suffimenta danda per urbem constituta sortitione decemviris, quaternis fortasse singula, attribuuntur; ea sortitio fit a. d. VIII k. Iunias, divisio, ut sub Augusto, die sequenti. — In carmine de suffimentis dandis cavetur sic: *ἅπασι δὲ λύματα δοῦναι ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξί, μάλιστα δὲ θηλυτέρῃσιν.* Explicatius Zosimus: *κατὰ δὲ τὴν ὥραν τοῦ θέρους, πρὸ ἡμερῶν ὀλίγων τοῦ τὴν θεωρίαν ἀχθῆναι, ἐν τῷ Καπιτωλίῳ καὶ ἐν τῷ νεῷ τῷ κατὰ τὸ Παλάτιον οἱ δεκαπέντε ἄνδρες ἐπὶ βήματος καθήμενοι τῷ δήμῳ διανέμουσι τὰ καθάρσια. ταῦτα δέ ἐστιν δᾷδες καὶ θεῖον καὶ ἄσφαλτον.* Ipsam distributionem repraesentant nummi duo aureus Augusti ipsius[1]) et aeneus Domitiani: sedet imperator XVvir ante aedem in tribunali et ex vase apposito civibus quiddam porrigit: adscriptum est in illo: *lud(os) s(aeculares)* et *Aug(ustus) suf(fimenta) p(opulo)*, in hoc *imp. Caes. Domitianus* cet. *cos. XIIII lud(is) saec(ularibus) suf(fimenta) p(opulo) d(edit).* De tempore et loco distributionis eius convenit fere inter acta et relationem Zosimi. Initio ei fortasse destinata fuit una dies V k. Iun. = Mai. 28, deinde, ut *minore molestia* perageretur, per triduum videtur facta esse Mai. 26. 27. 28. Pluribus locis cum simul distributio fieret, in his actis indicantur in Capitolio duo, area ante aedem Iovis optimi maximi et altera ante aedem Iovis tonantis, quem notum est ante illius introitum collocatum fuisse tamquam pro ianitore, item in Palatio aedes Apollinis porticum habens insignem et spatiosam. Acta Severiana tribunalia plura recensent posita *ad Romam quadratam* unum, alia alibi. Qui petunt suffimenta, iubentur semel tantum sacerdotem adire una cum coniugibus liberisque; quocum conferri poterit, quod supplicatum quoque cives eunt cum coniugibus ac liberis[2]). Suffitio ipsa aperte domestica fuit, facta facibus accensis et combusto sulfure et bitumine; perfici debuit ante coeptos ludos, ut ad eos homines venirent *suffiti* (v. 68).

FRVGVM ACCEPTIO.

Ad frugum acceptionem quae sequitur ex actis nostris praeter modo relata v. 7—11. 30—33 spectant haec:

---

[1]) Supra p. 225. Nummi rarissimi ectypum gypsaceum benigne mihi subministravit Babelon praefectus nummophylacii Parisini.

[2]) Liv. 22, 10, 8.

ex decreto collegii:

34 *Censuerunt autem, ut singuleis tr[ibunalibus XVviri]* ....
35 *fruges acciperent bini itemqu[e]* ....
36 *omnes convenirent, deinde ter* ....

ex edicto:

[a. d.]
49 *IIII aut a. d. III aut p[ridie k. Iun.]* ....

ex edicto altero:

69 *generatim conferrent tr[ibunalibus?]*
70 *Capitolium ad aedem Iovis [optimi maximi]*

acta:
77 *a. d. IV k. quibus edictum erat loci[s]*
acta:
82 *a. d. III k. Iun. eodem modo fruges [acceperunt]* ....
acta:
89 *prid. k. Iun. ut superiore biduo f[ruges acceperunt].*

Acta Severiana quae certo ad frugum acceptionem pertineant non habent nisi lacera haec (V, 14): *Inde XVvir. m ..... tribunali ad[scenso f]ruges quae a po|pulo plebe m ....* Ex actis nostris quae supra composita sunt si recte huc traximus, frugum acceptio ut purgamentorum divisio per triduum facta est Mai. 29. 30. 31. Loci iidem sunt qui supra accedente (vide v. 10) aede Dianae in Aventino, ut Zosimus quoque significat: *συνελθόντος δὲ τοῦ δήμου παντὸς ἔν τε τοῖς ῥηθεῖσι τόποις καὶ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος, ὃ ἐν τῷ Ἀουεντίνῳ λόφῳ καθίδρυται.* Quinam fruges dent et qui accipiant, declarat potissimum nummus Domitiani[1]) inscriptus *imp. Caes. Domitianus* cet. *cos. XIIII lud(is) saec(ularibus) a populo frug(es) acc(epit)*: sedet ibi imperator in tribunali pateram manu tenens, infra se vasculum habens; stant ante eum togati duo, quorum unus ex patera quam tenet quiddam, grana fortasse, in imperatoris pateram versat, accepta rursus imperator in vasculum videtur immissurus esse. Litigant eruditi, utrum fruges a civibus imperator vel potius quindecimvir accipiat, an cives a quindecimviro, sed et imago priorem interpretationem solam admittit, et quod inscriptum est *a pop. frug. ac.* aperte respondens inscriptioni nummi gemelli *suf(fimenta) p(opulo) d(edit).* Sibylla quae de ritu hoc habet (quorum rectum intellectum debeo Wilamowitzio) subiungit suffimentis distributis: *πάντες δ' ἐξ οἴκοιο φερέσθων ὅσσα κομίζειν ἐστὶ θέμις θνητοῖσιν ἀπαρχομένοις βιότοιο δαίμοσι μειλιχίοισιν ἱλάσματα καὶ μακάρεσσιν οὐρανίδαις· τὰ δὲ πάντα τεθησαυρισμένα κείσθω, ὄφρα τέλη θυ-*

1) Cohen *méd. des emp.* vol. 1 ed. 2 p. 477 n. 82. Inspexi ipse in museo nostro; alia exemplaria duo Londiniensia Barclay Head mihi misit gypso expressa.

μέλησι καὶ ἀνδράσιν ἑδριόωσιν ἔνθεν πορσύνης μεμνημένος. Scilicet ἀπαρχαί ipsae sunt fruges: eas Sibylla iubet conferri et adservari diligenter, ut inde debita solvantur thymelicis et adsidentibus, id est ludiis et spectatoribus. Zosimus quae de frugibus tradit, in plerisque concinunt. Nam antequam incipiunt sacra, locis supra indicatis σῖτον καὶ κριθὴν ἕκαστος φέρει καὶ κύαμον, recte omnino. Deinde postquam primi diei caerimonias enarravit, ita finit: κομίζονται δὲ οἱ ταῦτα ποιοῦντες μισθὸν τὰς ἀπαρχὰς τῶν καρπῶν σίτου καὶ κριθῆς καὶ κυάμων· αὗται γὰρ ὡς εἴρηταί μοι καὶ τῷ δήμῳ παντὶ διανέμονται. Ita quod significat ἀπαρχὰς illas distributas esse iis qui caerimonias ludosque executi sint, item cum carmine convenit, sed extrema refragantur aut ab auctore male adiecta aut, quod magis crediderim hiantia corruptave culpa librariorum: exempli causa post μοὶ excidisse possunt verba παρὰ τοῦ δήμου παντὸς συμφέρονται.

DIES ET LOCVS SACRORVM.

Secundum computos a XVvirum collegio probatos ludos saeculares celebrari debuisse anno u. c. 738, celebratos esse anno praecedente cum testes omnes consentiant, eius anticipationis causa ex actis nostris cum exordio eorum excidit neque quicquam quod eo pertineat apud auctores reperitur. Probabile autem est Augustum iam tum de itinere Gallico cogitavisse anno sequenti suscipiendo, quod quamquam adceleravit nuntius de clade Lolliana, non propter eam susceptum esse vel inde colligitur, quod a vere anni sequentis ad aestatem a. 741 princeps in Gallia permansit[1]). Religio non obstabat; nam civile quoque saeculum tam centum annorum quam annorum centum et decem retinuit aliquatenus inconstantiam saeculi naturalis, quod est *spatium vitae humanae longissimum* (Censorinus 17, 2), et semper cum aliqua latitudine acceptum est et celebratum, aequiparatum magis tribus generationibus quam temporis spatio ad dies horamque dimenso. Id quod vel inde colligitur, quod ludorum dies testibus actis tam Augustis quam Severianis[2]) non status fuit, sed pro arbitrio singulis annis constitutus est[3]); quapropter etiam in anno eligendo tam Augustus quam Domitianus aliquid putaverunt sibi licere. — Quando de ludis saecularibus celebrandis agi coeptum sit, actis nostris non edocemur utpote exordio eorum intercepto. Acta Severiana, quorum exordium

[1]) Ad decennalia sua celebranda annum eum Augustum praetulisse coniecit Gasto Boissier (*revue des deux mondes* 1892 Mart. p. 80); sed neque indicia ulla eo ducunt neque per se id probabilitatem habet.

[2]) Ostendunt id locus ex senatus consulto (I, 28): *uti ludi saeculares qui so[li]ti sunt inter centum et decem an[nos] fieri, faciant sequenti annoiis diebu[s* ...., et alter ex epistula imperatorum ad XVviros (III, 5): *si de is diebus ac noctibus consulitis, quibus ludos saeculares ad* .....

[3]) Id probe agnovit Otto Hirschfeld (*Wiener Studien* 1881 p. 103), quamquam sine iusta causa, ut mihi videtur, a ludorum diebus saeculi initium distinguit, quod ei est solstitium aestivum.

aliquatenus superest, ostendunt XVviros de ludis iis edendis senatum adiisse anno praecedente (p. Chr. 203) inter Ian. 12 et Aug. 12; de ludis Augusti hoc tantum ex actorum tertiorum fragmento (supra p. 245) rescivimus anni eius, quo ludi celebrati sunt, die Febr. 17 senatum de pecunia in ludos eos impendenda consultum esse. — De ipsorum sacrorum ludorumque diebus non solum acta nostra confirmant quod ait Zosimus aestate saecularia celebrata esse (κατὰ τὴν ὥραν τοῦ θέρους), id quod item requirunt fruges divisae, item, quod idem refert, ἐν τρισὶν ἡμέραις .... καὶ ταῖς ἴσαις νυξίν, sed etiam qui essent dies ii patefecerunt. Triduum illud est dierum k. Iun. et IIII et III non. Iun. = Iun. 1. 2. 3 [1]), primo die incipiente ab noctis, quae est inter Mai. 31 et Iun. 1, hora secunda:

ex epistula:

4 *[nocte quo]i dies inlucis[cet k. Iun.]*

ex edicto:

40 *[a nocte ea]*
41 *quoi dies inluciscet k. I[uniarum .... ad a. d. III]*
42 *nonas Iun.*

acta:

90 *nocte insequenti* (praecedit *prid. k. Iun.*) *in campo ad Tib[erim]*.

De loco sacrorum nocturnorum acta haec habent:

90 vide supra.
103 *in the[a]tro ligneo, quod erat constitutum in campo s[ecu]ndum Tiberim*
115 *ad Tiberim*
134 *ad Tiberim*

v. 156. 157:
in theatro | ligneo, quod est ad Tiberim.

Sibylla autem quem locum designet verbis ἐν πεδίῳ παρὰ Θύμβριδος ἄπλετον ὕδωρ, ὅππῃ στεινότατον, ambigunt topographi [2]). Alii (Urlichs *Beschr. Roms* III, 3 p. 5; *röm. Topogr. in Leipzig* p. 96) στεινότατον iungentes cum πεδίῳ verterunt 'in campi parte angustissima', indeque Tarentum situm fuisse crediderunt aut sub Capitolio prope forum boarium, aut sub Pincio monte prope mausoleum Augusti (Becker topogr. p. 628), alii (ut Preller *Regionen* p. 241, cui praeivit Io. M. Gesner de annis ludisque saecularibus

---

[1]) Dies igitur ludorum saecularium nihil commune habent cum die tribuniciae potestatis Augusto permissae, contra quam coniecit Otto Hirschfeld l. c. p. 104. Severiani ludi quibus diebus facti sint, ex reliquiis actorum alterorum non perspicitur; hoc apparet aut iisdem diebus eos celebratos esse aut proximis.

[2]) Quae sequuntur, debeo Huelseno discipulo quondam, iam amico.

p. 34) *ὕδωρ στεινότατον* de Tiberis parte angustissima interpretati sunt: recte hi, ut edocemur novis his inventis. Tiberim enim, quatenus quidem uno defluit alveo, angustissimum fuisse inter S. Iohannis Florentinorum et pontem Ianiculensem tam nostrae aetatis quam superiorum saeculorum formas inspicienti patet. Quid quod non longe ab eo loco, ubi fragmenta actorum in opus coniecta emerserunt, in platea scilicet S. Mariae in Vallicella, paucis abhinc annis repertae sunt reliquiae arae ingentis et optimi artificii (Gatti *Bull. comun.* 1887 p. 276. 277; Huelsen *Mittheilungen des röm. Instituts* 1889 p. 263), quam sacris his destinatam fuisse facile suspicias. Sed ea de re mox uberiora edocebimur a viro Romanae topographiae supra ceteros perito Rodulfo Lanciano.

Lustrationem Tarenti post suffimenta data et fruges acceptas, ante ipsa sacra enarratam in actis Severianis Augusta non videntur habuisse.

Sacra diurna tam prima Iovi quam secunda Iunoni oblata fiunt in Capitolio (v. 18. 79. 81. 103. 119), scilicet ad aedem Iovis optimi maximi Iunoni quoque dedicatam. Prope eam ad aedem Opis in Capitolio[1]) congregantur *separatim a ceteris* matronae puerique in sacris faciendis occupati. Quod ad sacra utriusque diei in fine adscriptum est v. 107. 132 *ad atallam fuerunt* sequentibus nominibus virorum praesentium, ei in sacris diei tertii Palatinis v. 150 respondet subnotatio haec: *XVvir(i) adfuerunt*, neque dubium est locum significari adstantium ad sacra illa Capitolina sacerdotum. Ipsum vocabulum quid significaret cum frustra quaesivissem, admonuerunt per litteras et Buecheler et Zangemeister vocabuli in re sacra apud Romanos antiquitus usurpati quod est *atana*[2]), a quo *atalla* derivatum sit ut *corolla* a corona, *femella* a femina. Significatur eo vasculum quoddam in re sacra usurpatum poteritque non sine probabilitate conici ab eo locum quendam in Iovis aede nomen traxisse. — Tertio die cum sacra fiant in Palatio (v. 139) ad aedem Apollinis, ea quoque in Capitolium aliquatenus perveniunt (v. 148), qua dere infra dicetur.

Adfuisse sacerdotes reliquos sacrificantibus collegis adscribitur ad sacra terna diurna. In sacris ternis nocturnis adnotatio praesentium sacerdotum aliorum similis nulla reperitur, quamquam Augusto in his quoque adfuisse collegas et per se probabile est et testatur Zosimus (*μετὰ τῶν δεκαπέντε ἀνδρῶν*).

---

[1]) Conferatur de ea Iordan *Topogr.* 1, 2, 43. Arvales d. 9 Dec. 80 *in Capitolio in aedem Opis convenerunt.*

[2]) Nigidius apud Nonium p. 40: *ex re in saliaribus 'attanus* (*adtanus* libri) *tintinnat', id est sonat.* Festus ep. p. 18: *athanulum* (*athanuuium* libri) *est poculi fictilis genus, quo in sacrificiis utebantur sacerdotes Romani.* Glossae Philoxenianae p. 22 Goetz: *atena* εἶδος ποτηρίου ὀστράκου, ᾧ οἱ πρυτάνεις ἐν ταῖς θυσίαις χρῶνται et mox: *athanulus* (*atnanulus* liber) ἅγιον ἱρέως σκεῦος, κειμήλιον. Descendere videtur a Graeco cuius meminit Hesychius: ἄττανα τὰ τήγανα (= sartago) καὶ πλακοῦς ὁ ἐπ' αὐτῶν σκευεζόμενος. Glossae illac nisi fallunt, et *atana* et *atanus* et *atanum* olim in usu fuerunt itemque deminutiva tam *atall-* quam *atanul-*, ut pariter reperitur et *catillus* et *catinulus.*

MATRONAE PVERI PVELLAE AENATORES AD SACRA ADHIBITI.

Ad sacra peragenda leguntur matronae tot quot saeculum habet annos. De iis haec habemus in actis:

ex epistula imperatoris:

15 [*ut conveniant ad e*]*a sacrificia, denuntiatum* [*erit*]
16 [*k. Iun. et a. d. IIII*] *non. Iun. et a. d. III non. Iun. noct*[*u*]
17 *maiores ann. XXV natae, qui*[*bus*]
18 [*conveni*]*re in Capitolium, ubi et res divina fis*
19]*adsint*

ex edicto XVvirum:

71 *Mulieres quoque quae sellist*[*ernia habebunt*]
72 *sternere oportere ab ea pr*
73 *Quae feminae et qui pueri sibi*
74 *rent, eos separatim a cetera* [*turba* *ad aedem*]
75 *Opis in Capitolio positum erit*

ex edicto altero eorundem:

78 *Matronas, quibus denuntiatum e*[*rit*
79 *in Capitolium convenire*
80 *B*(*onum*) *f*(*actum*) [1]. *Matres familiae, quibus con* [*ut in*]
81 *Capitolio ab h*(*ora*) *I sint, ut so*[*llemnia*

ex actis noctis primae v. 101. 102:

centumque et X [*m*]*atronae, quibus denuntiatum erat, XVvirorum verbis sellisternia habuerunt* | *Iunoni et Dianae dua*[*bus*] *sellis positis.*

ex actis noctis secundae v. 109:

eodemque modo sellist[*e*]*rnia matres familiae habuerunt.*

ex actis diei secundi v. 123. 124:

deinde CX matribus famil[*ia*]*s nuptis, quibus denun*[*tiatum fuit ut convenirent, imp. Caesar Augustus?*] | *praeit in haec verba* (sequitur precatio).

ex actis noctis tertiae v. 138:

Matronae sellisternia h[*abuerunt, ut pridie*] ..... *runt.*

Sibylla de sellisterniis nocturnis tacuit neque quicquam habet de matribus familias his praeter Iunonia sacra diei secundi, de quibus infra ubi

---

[1]) Idem exordium est in edicto praetoris urbani quod edidit Lanciani *Bull. della comm. arch. comunale* 1882 p. 159, 1884 p. 58 (inde Bruns fontes ed. 5 p. 171), explicantque notas Suetonius Caes. 80, Vitell. 14 et Tertullianus de pudic. 1, item Probus de notis 4, 11 et Isidorus etym. 1, 23. Eaedem notae in titulis provinciarum Graecarum (vide C. I. L. III p. 1185) et in urbanis graecissantibus (C. I. L. VI, 406) interpretandae sunt ad normam formulae Graecae ἀγαθῇ τύχῃ, *bona fortuna.*

de precationibus agitur exponemus. De sellisterniis habendis[1]) omnia nota: etiam in saecularibus ludis antiquioribus ea obtinuisse testis est secundum libros incorruptos Valerius Maximus (supra p. 237 not. 3). Sufficiet apposuisse de iis locos duos, alterum Valerii eiusdem 2, 1, 2: *Iovis epulo ipse in lectum, Iuno et Minerva in sellas ad cenam invitabantur,* alterum Taciti ann. 15, 44 de incendii urbis Romae expiatione imperante Nerone: *mox petita diis piacula aditique Sibyllini libri, ex quibus supplicatum Vulcano et Cereri Proserpinaeque ac propitiata Iuno per matronas primum in Capitolio, deinde ad proximum mare .... et sellisternia ac pervigilia celebravere feminae quibus mariti erant.* Iuno et Diana, quibus a matronis sellae ponuntur, sine dubio sunt Lucinae duae.

De pueris puellisque septenis vicenis in actis praeter locum modo adlatum v. 73—75 reperiuntur haec (nam *pueri* quorum mentio fit v. 164 vix sunt iidem):

ex epistula imperatoris:

3 ... *[bi]ni chori qu ...*

20 ... *pueros virginesque patrimos matrim[osque]*
21 *[ad carmen can]endum chorosque habendos frequentes u[t adsint*
22 *ite]mque ad ea sacrificia atque ad eos ludos paran[dos]*
23 *[diligen]ter meminerint.*

ex actis diei tertii v. 147—149:

sacrificioque perfecto pueri [X]XVII, quibus denuntiatum erat, patrimi et matrimi et puellae totidem | carmen cecinerunt, eo[de]mque modo in Capitolio. | Carmen composuit Q. Hor[at]ius Flaccus.

Sibylla postquam dixit de sacro Apollini faciendo pergit: *καὶ ἀειδόμενοί τε Λατῖνοι παιᾶνες κούροισι κόρῃσί τε νηὸν ἔχοιεν ἀθανάτων· χωρὶς δὲ κόραι χόρον αὖται ἔχοιεν καὶ χωρὶς παίδων ἄρσην στάχυς. ἀλλὰ γονήων πάντες ζωόντων οἷς ἀμφιθαλὴς ἔτι φύτλη.* Item Zosimus: *ἡμέρᾳ δὲ τρίτῃ ἐν τῷ κατὰ τὸ Παλάτιον Ἀπόλλωνος ἱερῷ τρὶς ἐννέα παῖδες ἐπιφανεῖς μετὰ παρθένων τοσούτων, οἱ πάντες ἀμφιθαλεῖς, ὅπερ ἐστὶν ἀμφοτέρους τοὺς γονεῖς ἔχοντες περιόντας, ὕμνους ᾄδουσι τῇ τε Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων φωνῇ καὶ παιᾶνας, δι' ὧν αἱ ὑπὸ Ῥωμαίους σώζονται πόλεις.* Carmina cantata esse lingua utraque Zosimus posuit errore, quem iam redarguit actorum silentium. Hoc novum addiscimus carmen *quod composuit Q. Horatius Flaccus* non solum in Palatio cantatum esse, sed item in Capitolio. Id quominus accipiamus de eodem carmine non brevi bis repetito, argumentum obstat: nam ineptum foret Iovem Iunonemque ita celebrari, ut neque in principio carminis neque in fine ipsi comparerent. At cum ab Apollinis Dianaeque laudibus carmen et incipiat et in

[1]) Vocabulum de lectisternio et sellisternio sollemne est. Livius 22, 10, 9: *lectisternium per triduum habitum decemviris sacrorum curantibus.*

eas desinat, media habet quae non conveniunt nisi diis Capitolinis. Eos enim, quos *bobus veneratur albis* Augustus, esse Capitolinos etsi poeta non dixit, ideo quod eorum propriae sunt victimae illae[1]) ab iis nominandis abstinuit, sublataque est de ea re dubitatio omnis actis patefactis. Itaque et actorum de loco testatio et ipsa poetae sollertia aut admittunt aut adeo requirunt, ut carmen statuamus cantatum esse a choris sollemni pompa ex Palatio ad Capitolium pergentibus et inde redeuntibus ad aedem Apollinis Palatinam. Carmen qui legit, deos, qui pro Romula gente invocantur in medio eo, quominus habeat pro Apolline et Diana, qui proxime praecedunt, obstabat certe apud lectorem peritum proprietas victimarum; praeterea qui audiverunt cantatum, quinam essent illi nullo modo dubitare poterant, modo statuas hos versus cantatos esse in conspectu aedis Iovis et Iunonis in Capitolio.

Aenatores in funere canere [*solitos*] ad caerimonias sacras adhibitos esse acta ostendunt v. 88. Significantur cornicines, scilicet collegium appellatum in titulis urbanis modo *liticinum cornicinum,* modo *aeneatorum*[2]), diversi omnino a tibicinibus et fidicinibus, quamquam horum quoque in hisce sacris partes aliquae fuerunt, cum nummus Domitiani proponat imperatorem sacrificantem adstantibus tibicine et citharoedo. Plerumque illi dicti *aeneatores* sic ut in actis *aenatores* etiam alibi appellantur[3]).

NVMINA INVOCATA.

Sacra saecularia Augusti, ut reliqua fere ad Sibyllae iussa instituta et propagata, Graeco ritu fieri diserte enuntiatur v. 91 in ipso sacrorum enarrationis exordio, ubi quod est *Achivo ritu*[4]) convenit cum verbis oraculi

---

[1]) In actis Arvalium bos albus nulli numini immolatur nisi Iovi et ad exemplum Iovis cultis divis imperatoribus. Sane alibi exempla non desunt boum numinibus aliis immolatorum.

[2]) Egi de eo collegio ad Servianum exercitum pertinente *Staatsrecht* 3, 288, ubi collecta invenies quae de eo traduntur. Henzeni opinatio *aeneatorum collegium* (C. VI, 10221) derivandum esse non ab aeneatoribus, sed ab aeneatis et significari homines frumenti publici accipiendi causa in aere incisos quamquam nuper resuscitata ab Hirschfeldio nostro (act. min. acad. Berol. 1891 p. 853) probataque etiam Huelseno (*Bullett. municip. Rom.* 1891 p. 351) et linguae contraria est et rerum notitiae. Nam homo in aere incisus non magis aeneatus dici potest quam qui in lapide marmoreve incisus est lapidatus vel marmoratus. Deinde cum in titulo C. VI, 10220 habeamus puerum qui reliquerit *tri*[*bu*]*m ingenuam frumentum* [*publ'*]*icum et aeneatorum* [*collegium*?], aperte hoc distinguitur a frumento publico (cf. VI, 2584: *frumento publico*, *collegio tibicinum*), quocum id idem esse contendit Henzenus, efficiemusque inde liticines cornicines publicis emolumentis similiter usos esse atque plebeios ad frumentum publicum admissos, nequaquam hos dictos fuisse aeneatos.

[3]) Apud Ammianum 16, 12, 36 et secundum libros scriptos (teste Huelseno) apud Festum ep. p. 20 et apud Senecam apocol. 12, ubi codex *senatorum*, et epistul. 84, 10, ubi libri *uenatoribus*. Editores formam traditam oblitteraverunt.

[4]) Acta quoque Severiana habent fr. VI *B*.6 haec verba mutila: [*I*]*unoni reginae vaccam alb*(*am*) *Graeco Achivo rit*[*u*].

Sibyllini de androgyno v. 16 Ἀχαιστὶ τάδ' ἔρδειν, egregie nuper defensis a Dielsio *sibyll. Blätter* p. 55. Potest adeo fieri, ut ad sacra haec non cives tantummodo urbani admissi sint, sed item Graeci et peregrini omnes in urbe degentes: invitantur enim in edicto (act. v. 65) *omnes liberi*, id quod redit apud Zosimum: δοῦλοι δὲ τούτων οὐ μετέχουσι, ἀλλὰ ἐλεύθεροι μόνοι. Id si ita se habuit, certe non pervenit ad saecularia liberae rei publicae sine dubio inter cives solos peracta, induciturque ita sociis ad sacrorum summorum participationem admissis vere novus saeculorum ordo dominationem provinciarum per gradus mutans in civitatis communionem.

Quibus numinibus Augustus saecularia fecerit, iam videamus. Non editos esse sicut anteriores ludos liberae rei publicae Diti et Proserpinae ut supra vidimus, ita carmen ibi, ubi numina omnia complectitur, sollemnia haec celebrari ait δαίμοσι μειλιχίοισιν καὶ μακάρεσσιν οὐρανίδαις, id quod vel vocabulo Graeco retento redit in epistula Augusti v. 11 ... *deisque milicheis frugum* ...... Hoc vocabulo proprie significari deos inferos et aliunde commendatur [1]) et aperte hic dii milichei opponuntur caelestibus, videbimusque infra sacra terna nocturna et propter numina et propter hostias pertinere ad solos deos inferos. Sed ut hoc admittimus, ita condicio et proprietas sacrorum tota mutatur eo, quod triduanum sacrificium accedit οὐρανίδαις oblatum iubetque carmen ipsum Iovi sacrum fieri ἤματι μηδ' ἐπὶ νυκτί· θεοῖσι γὰρ οὐρανίδῃσιν ἡμέριος πέλεται θυέων τρόπος. Singula numina quae invocantur ita enumerabimus, ut priore loco ponantur quae coluntur sacris nocturnis, sequantur sacra diurna.

1. *Moeris* sacra est prima nox: nam Graeco vocabulo appellantur non solum in carmine: ἔνθα σὺ ῥέζειν ἱερὰ παντογόνοις Μοίραις et apud Zosimum, sed item in ipsis actis nostris, cum *Parcae* sint poetae Latino. Numero fuisse tres et aliunde constat et inde colligitur, quod auctore Zosimo tres iis arae constituuntur: hoc tamen notandum neque in actorum precatione neque apud Horatium eas invocari nisi coniunctas. Apud Zosimum quod Moerae non solum adsunt suo loco in recensu numinum (supra p. 237 not. 7), sed praemittuntur haec: ταῖς Μοίραις ἄγουσι παννυχίδας μετὰ σεμνότητος ἐν νυξὶν omnino hiantia et corrupta, inde vix licebit colligere sacra haec Moerarum inter saecularia primarium locum tenuisse, quamquam verum est victimis iis immolatis vinci aliquatenus quae offeruntur Ilithyiis et Terrae matri.

2. *Ilithyiae* adorantur nocte secunda: ἐπὶ ταῖς, carmen pergit, Ἐλειθυίας ἀρέσασθαι παιδοτόκους eodemque nomine appellantur in actis, cum Horatius Graeco Ilithyiae vocabulo addat Latina duo Lucinae traditum et a se ut videtur formatum Genitalis. Hoc nunc demum intellegitur patefactis actis Ilithyiam horum sacrorum quamquam ab Horatio post Apollinem nominatur, nequaquam intellegendam esse Dianam Lucinam, id est Ἄρτεμιν λοχείαν, sed hic ut per totum carmen numina invocari a poeta ordine sacrorum insuper habito. — Ilithyias invocari numero tres probabile est propterea quod novenario numero his pariter atque Moeris sacra fiunt et alibi quo-

[1]) De Iove μειλιχίῳ chthonio numine exposuit Robert-Preller *griech. Myth.* p. 130.

que componuntur cum Moeris praesidentque geniturae utraeque[1]): sed invocantur cum in precatione actis inserta tum apud Horatium numero singulari.

3. *Terrae matri* tertia nox sacra est, in actis sic appellatae, Γαῖα in carmine, *Ceres* apud Horatium, Δημήτηρ apud Zosimum.

Sacra haec nocturna omnia fieri vidimus in campo Martio in ipso saecularium antiquiorum vetusto sacrario. Contra sacra diurna non ibi offeruntur, sed ad aedes deorum caelestium primarias.

4. *Iovi optimo maximo* primo die sacrum fit in Capitolio. In carmine item ex sacris diurnis primum est quod fit Διὸς παρὰ βωμόν. Apud Zosimum quae huc pertinent: τῇ δὲ μετὰ ταύτην (post primam noctem) ἡμέρᾳ εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀναβάντες κἀνταῦθα τὰς νενομισμένας θυσίας προσαγαγόντες ἐντεῦθέν τε ἐπὶ τὸ κατεσκευασμένον θέατρον ἐλθόντες τὰς θεωρίας ἐπιτελοῦσιν Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι corrupta sunt male insertis tribus vocabulis postremis culpa librariorum potius quam auctoris.

5. *Iunoni reginae,* nimirum Capitolinae Iovi συννάῳ[2]) sacer est dies secundus: ut in carmine Ἥρης νηὸς post Iovis aedem iubetur honorari.

6. *Apollini et Dianae* sacrum fit die tertio. Illius meminit carmen post Iunonem sic: καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων ὅστε καὶ ἠέλιος κικλήσκεται. Sibylla si cecinit, ut certo fecit, ante Augustum, sacra haec numini sibi proprio fieri voluit ad theatrum Marcelli, eoque potest referri, quod Dianae non meminit, eam enim ibidem cum fratre cultam esse non habemus traditum. At Capito sacra ea fieri iussit in aede ante decennium fere dedicata ab Augusto Apollini Palatino. Diana quae secundum acta Horatiumque invocatur simul, videtur adiecta esse a Capitone. Latonae, quae una cum filio colebatur certe in aede ad theatrum Marcelli[3]), solus Zosimus meminit. In aede Palatina cum Apollo coleretur medius inter sororem matremque[4]), ad eandem aedem sacra Dianae facta referamus necesse est, coniunguntarque omnino sacra Apollinaria et Diania cum in actis tum apud poetam ita, ut ad Aventinensem aedem haec nequeant facta esse. Nihilominus inde quod ad eam quoque aedem fruges accipiuntur (v. 10) et quod apud poetam invocatur Diana *quae tenet Aventinum Algidumque,* ei numini colligemus parem atque

---

[1]) Plato sympos. c. 25 p. 206 *d*: Μοῖρα καὶ Εἰλείθυια ἡ καλλονή ἐστι τῇ γενέσει. Pindarus Nem. 7, 1: Ἐλείθυια πάρεδρε Μοιρᾶν βαθυφρόνων. Olymp. 6, 41: τᾷ μὲν ὁ χρυσοκόμας πραΰμητίν τ' Ἐλείθυιαν παρέστασέν τε Μοίρας. Conferendus de Moeris et Ilithyiis Wilamowitz in commentario de Isyllo *philol. Untersuch.* 9 p. 15. 186.

[2]) Arvales aliquoties conveniunt *in Capitolio ante cellam Iunonis reginae* (cf. Henzen act. p. 82. 106).

[3]) Cf. fasti Urbinates C. I. L. I p. 330: *Apollini Laton(ae) ad theatr(um) Marc(elli)* et ara urbana C. I. L. VI, 32 dedicata *[Apolli]ni Dianae Latonae.*

[4]) Propertius 2, 31 fine: *deinde inter matrem deus ipse interque sororem Pythius in longa carmina veste sonat.* Dianam hanc quod Eckhelius 6, 93 et Preller *Röm. Myth.* I³ p. 309 scribunt appellari victricem, nititur titulo Orell. 2626 = C. IX, 256* ficticio.

fratri honorem XVviros eatenus tribuisse, quatenus fieri potuit propter locorum intervallum.

Haec saeculi Augusti numina qui comparabit cum antiquioris saeculi liberae rei publicae numinibus, id ipsum deprehendet quo res publica ab Augusto restituta ab instituta regibus exactis ita recedit, ut nihilominus quodammodo eadem sit. Manserunt saeculares feriae numinum inferorum, sed exempto taetro inferorum domino eiusque coniuge deae, quas venerantur novi saeculi mulieres, omnes reverendae magis sunt quam horrendae. Adiunguntur autem ad inferorum ordinem superi dii almi Iupiter et Iuno summi rerum Romanarum patroni, deinde principis civitatis et rei publicae custodis et tutoris deus domesticus Apollo Palatinus. Laetum restitutae rei publicae statum et ex bellis infelicissimis splendide resurgentem haec quae recuperavimus acta non minus clara luce illustrant quam spirat carmen quod *composuit Q. Horatius Flaccus.*

SACRA ET PRECATIONES.

Sacra et precationes diis deabusque oblata per ludorum saecularium trinoctium triduumque iam composita recensebuntur. Sacra fecit precesque recitavit per tres noctes Augustus, per tres dies et Augustus et Agrippa, et eo proprie continetur quod ait senatus actorum v. 53. 54 ludos futuros esse [*facientibus? imp. Caesare*] *August*(*o*) *et M. A*[*grip*]*pa tribunic*(*ia*) *potestate,* similiterque in monumento Ancyrano Augustus *ludos saeculares fecisse se conlega M. Agrippa.* Ex auctoribus Zosimus scribit Augustum Moeris victimas immolavisse significatque Horatius boves Iovi Iunonique oblatas esse ab eodem, de Agrippa tacens: carmen Sibyllae quod non habet quae huc trahas, favet opinioni supra defensae scriptum esse libera etiamtum re publica. Ceterum in sacris his locus primarius Augusto attributus, summus item, sed tamen secundarius Agrippae, principatus condicionem quae tum fuit viva imagine repraesentant. Severiana quoque sacra, quantum ex reliquiis apparet, fecit potissimum ipse Severus, sed ut partes quoque in iis essent filio Antonino adeoque coniugi Iuliae, privato autem nulli.

Precationum formulae cum omnes sibi responderent, scriba XVvirum satis habuit plenam ponere primam, quae admodum mutila ad nos pervenit; in sequentibus sola exordia perscripta sunt adiecta clausula *cetera uti supra* (v. 106. 137. 142), nisi quod in invocatione Apollinis praeter prima verba etiam postrema enuntiantur.

EXORDIA.

nocte prima Moeris v. 90. 91:

nocte insequenti in campo ad Tib[*erim Moeris imp. Caesar Augustus inmolavit hostias*] | *prodigivas Achivo ritu eo . . . . . .*

[*Hostias*] *prodigivas* explicat Festus p. 250: *prodiguae hostiae vocantur, ut ait Veranius, quae consumuntur: unde homines quoque luxuriosi prodigi.* Ad vocabulorum formas *prodigus prodigivus* comparari poterunt *festus festivus, status stativus, tempestus tempestivus, votus votivus,* item ad formas *prodigivus* et *prodiguus* similia *nocivus nocuus, vacivus vacuus.* Intellegi victimas novem agnas et totidem capras colligitur ex iis quae sequuntur in actis: in carmine iubetur civitas immolare ἄρνας τε καὶ αἶγας κυανέας, furvas scilicet, numero non enuntiato, quem XVviri videntur determinavisse. Quod scribit Zosimus: ὁ αὐτοκράτωρ ... τριῶν παρασκευασθέντων βωμῶν τρεῖς ἄρνας θύει ... καὶ τοὺς βωμοὺς καθαιμάξας ὁλοκαυτεῖ τὰ θύματα, imperfectum est culpa epitomatoris [1]). Sacrificium agnae et caprae factum a Domitiano repraesentatum habemus in nummo eius [2]).

Achivo ritu: v. p. 257.

die primo Iovi v. 103. 104:

k. Iun. in Capitolio bovem m[a]rem Iovi optimo maximo proprium inmolavit imp. Caesar Augustus, ibidem | alterum M. Agrippa: p[re]cati autem sunt ita.

Sibylla iubente ad aram Iovis immolantur πάνλευκοι ταῦροι numero non magis definito. Quod apud poetam in carmine biduo postea cantato v. 43 Augustus dicitur deos venerari *bobus albis,* iam vidimus (supra p. 256) pertinere ad Iovem Iunonemque, quorum propria invocatio apud Horatium nulla fit. Hoc quoque bovis sacrificium repraesentat nummus Domitiani [3]). — *Propria* cum victima dicitur et hic et v. 136, vocabulum similiter usurpatum in re sacra reperitur apud Vergilium egl. 7, 31 post dedicationem factam: *si proprium hoc fuerit* et Aen. 6, 872: *nimium vobis Romana propago visa potens, superi, propria haec si dona fuissent.* Comparari possunt item precatio apud Gellium 13, 23 [22], 9 relata: *uti liceat nuptiis propriis et prosperis uti* quaeque Nonius composuit p. 361 Merc. Mihi visa est victima propria dici numini ei, cui immolatur ideo, quod dono ei datur. Sed Fridericus Schoell comparato loco Plauti capt. 860 seq. (secundum libros scriptos): *iube vasa tibi puer adparari ad rem divinam cito atque agnum adferri proprium pinguem*, item locutionibus quales suni *victoria propria* (auctor belli Afric. 32. 82), *proprium gaudium* (l. c. 61), existimat vocabulo significari quali-

[1]) Dielsius existimat τρεῖς male versum esse ex latino *ternas.*

[2]) Eckhel 6, 386. Cohen ed. 2 vol. 1 p. 478 n. 87.

[3]) Eckhel 6, 386. Cohen 1 p. 478 n. 89.

tatem victimae perfectam et numini cui offertus omnimodo accommodatam, id quod fortasse praeferendum erit.

nocte secunda Ilithyiis v. 115, 116:

noctu autem ad Tiberim s[a]crificium fecit deis [I]lithyis libeis VIIII popan[is] VIIII pthoibus VIIII imp. Caesar | Augustus: precatus est [h]oc modo.

Ilithyiis secundum carmen sacrum fit θυέεσσιν ὅπῃ θέμις. Sacra ita cum non requirant victimas, sed tantummodo τὰ θύη, satis habuerunt XVviri placentas diversi generis addito omnino thure et vino iis offerri. *Libum* Latinorum notum est et quomodo ex caseo et farina fiat Cato docuit (de re rust. 75). Πόπανον proprie Graecum panificii genus est placentae opinor Catonianae simile in sacris potissimum usitatum, ut ostendunt lexica; conferri poterit Ianus Ποπάνων dictus διὰ τὸ ἐν ταῖς καλάνδαις ἀναφέρεσθαι πόπανα (Lydus de mens. 4, 2). Graecus item φθόις [1]) sacrarum placentarum species alia est, ut eadem lexica docent, quem si quis sibi confici cupiat, paratum habet culinaedoctorem Athenaeum [2]). — Reliqua sacra omnia cum repraesentata habeamus in nummis Domitiani, hoc ibi ne desit, probabiliter Dresselius existimat cerni in nummo eo, qui sacrificium sistit ante aedem quattuor columnam sine victima adpicto fluvio Tiberi [3]).

die secundo Iunoni v. 119. 120:

IV nonas Iun. in Capitoli[o i]nmolavit Iunoni reginae bovem femin[am imp. Caesar Augustus, ibidem alteram] | M. Agrippa et precatus es[t] [4]) *hoc modo*

Iunoni carmen iubet offerri δαμάλης βοὸς δέμας ἀγλαόν. *Boves albos* Horatii huc quoque trahendos esse supra monui. — Ad hoc sacrum pertinet, ut monuit Dressel, nummus Domitiani exhibens ante imperatorem stantem mulieres tres genibus nixas [5]).

nocte tertia Terrae matri v. 134. 135:

noctu ad Tiberim [suem plenam Terrae matri inmolavit imp.] | Caesar Augustus precat[usque est hoc modo].

---

1) Opportune admonuit Otto Hirschfeld: dixit de eo Lobeck in Aglaophamo 2 p. 1074.

2) Athenaeus 14 p. 647*d*: ὁ δὲ φθόις οὕτω γίνεται· τυρὸν ἐκπιέσας τρῖβε καὶ ἐμβαλὼν ἐς κόσκινον χάλκινον διήθει, εἶτ᾽ ἐπίβαλε μέλι καὶ σελίγνεως ἡμίναν καὶ συμμάλαξον εἰς ἕν.

3) Eckhel 1 p. 386; Cohen 1 p. 479 n. 91. Similis est nummus alius (Eckhel l. c.; Cohen n. 85), nisi quod aedes est columnarum sex et abest Tiberis.

4) Errore scriptum pro *precati sunt*: Augustus ut inseratur, spatium requirit.

5) Eckhel 6, 386. Cohen 1 p. 479 n. 80.

Victima esse debet secundum carmen *πληθομένη χοίροις ὗς μέλαινα*, quae cum libri habeant *χοίρος ὕστ'* vel *χώροις ὄις*, Mendelssohni est emendatio egregia, Dielsio quoque probata et iam confirmata actorum v. 136. Scilicet plena sue Telluri sacrificatur[1]). Ne huius quidem sacrificii pictura desideratur inter nummos Domitiani[2]).

die tertio Apollini et Dianae v. 139. 140:

a. d. III non. Iun. in Palatio [Apollini et Dianae] sacrificium fecerunt imp. Caesar Augustus M. A[grippa libeis VIIII] | popanis VIIII pthoibus VI[II preca]tique sunt ita.

Carmen de Apolline hoc tantum habet: *ἶσα δεδέχθω θύματ' Ἐλειθύησιν*[3]), quod XVviri similiter interpretati sunt atque *τὰ θύη* Ilithyiarum. — In nummo Domitiani ante imperatorem stantem cernuntur pueri duo et inter eos puella canentes[4]).

PRECATIONES.

nocte I 92 *Moerae!*
die I 105 *Iuppiter optime maxime!*
nocte II 117 *Ilithyia!*
die II 121 *Iuno regina!*
nocte III 136 *Terra mater!*
die III 141 *Apollo!*
146 *eisdem verbis Dianam.*

---

92 *uti vobis in illeis libr[eis scriptum est]*
105 *ut[i ti]bi in illeis libreis scriptum est*
117 *uti tibei in ille[is] libreis scriptum est*
121 *uti tibi in illi[s l]ibris scriptum est*
136 *uti tibi in ill[is libris scriptum est]*
141 *uti tibi in illis libri[s sc]riptum est*

---

1) Festus p. 238 et Arnobius 7, 22: *Telluri matri scrofa inciens immolatur et feta* et alii.

2) Eckhel 6, 385. Cohen 1 p. 479 n. 84.

3) Quod traditur apud Phlegontem *ἶσα δεδέχθω θύματα Λητοΐδης* (*καὶ* a libro scripto abest) Wilamowitzius sic emendavit, ut supra dedi; nam *Λητοΐδης* supervacaneum est, *ἶσα* nudum ferri non potest, cum praecedat vacca Iunoni oblata et longius distent *θύη* oblata Ilithyiis.

4) Eckhel 6, 386. Cohen 1 p. 477 n. 79. Tres pueri qui dicuntur Eckhelio, puellae Coheno, vere sic determinandos esse, ut supra factum est, monuit Dressel, quem vide infra de nummis his aliisque disserentem.

Illi libri sunt Sibyllini, respondetque exordium hoc Horatiano de carmine quod *Sibyllini monuere versus* eo tempore dicere. Coepit fortasse recitatio a formula aliqua Sibyllae libros significante; certe carmen patris patrati apud Livium 1, 24: *ut illa palam prima postrema ex illis tabulis cerave recitata sunt* et quae sequuntur, item alterum simile 1, 32, pronomen ita ponunt, ut praecesserit vocabulum quo referatur.

---

92 .....

105. 106 *quarumque rerum e[rg]o quodque melius siet populo R. | Quiritibus*

117 *quarumque rerum e[rgo quodque melius si]et p. R. Quiritibus*

121 *quarumque rerum .....*

136 ....

141 *quarumque rerum ergo quodque melius siet p. R. Quir[itibus]*

---

92. 93 *[vobis VIIII] | agnis feminis et IX capris femi[nis sacrum fiat]*

106 *tibi hoc bov[e] mare pulchro sacrum fiat*

118 *tibi VIIII popanis et VI[III] libeis et VIIII pthoibus sacrum fiat*

122 *tibi bove femina pulchra s[a]crum fiat*

137 *uti tibi sue plena propri[a ·sacrum fiat*

142 *uti tibi· VIIII popanis et V[IIII] libis et VIIII pthoibus sacrum fiat*

---

93 .....

106 *te quaeso precorque*

118 *te quae[so precorque]*

122 *te quaeso precorqu[e]*

136 .....

142 *te quaeso precorque*

---

93 *[uti imperium maie-*

94 *statemque populi Romani] | Quiritium duelli domique au[xitis, utique semper Latinum nomen tueamini, in-*

95 *columitatem sempiter]|nam victoriam valetudine[m populo Romano Quiritibus tribuatis faveatisque populo R.*

96 *Quiritium legionibusque populi Romani*] | *Quiritum*
remque p. populi R[*omani Quiritium salvam servetis,*
97 *uti sitis*] *volentes pr*[*opitiae populo Romano*] | *Quiritibus, XVvirum collegi*[*o, mihi, domo, familiae et uti*
huius] *sacrifici acceptrices sitis VIIII agnarum* | *femi-*
98 *narum et VIIII capraru*[*m feminarum propri*]*arum*[1]) *inmolandarum*

---

98. 99 *harum rerum ergo macte hac agna femina* | *inmolanda estote fitote v*[*olente*]*s propitiae p. R. Quiritibus, XVvirum collegio, mihi, domo, familiae*
143-145 *Apollo, uti te popanis dat*[*i*]*s bona prece precatus sum, eiusdem rei ergo macte heis libis libandis esto* | *fito volens propitius.* | *Idem in pthoibus*[2])

Precationum formulas imperfectas quomodo satis expleam non habeo. Nam acta Severiana quamquam easdem fere habuerunt, ita lacera ad nos pervenerunt, ut nostra inde vix suppleantur[3]); alibi autem vere similes extant nullae. Proxime ad has accedunt Catonianae in libro de re rustica sub finem positae. — Quod in exordio est *uti vobis* (vel *tibi*) *in illeis libreis scriptum est* respondet Catoniano c. 139: *uti tibi ius est porco piaculo* (fortasse scr. *piaculum*) *facere.* — Sequitur causa precandi: *quarumque* (id est *quarumcumque*) *rerum ergo quodque melius siet populo Romano Quiritibus* (*uti*) *tibi bove* (vel alia victima) *sacrum fiat,* componenda cum Catonianis c. 141: *quoius rei ergo ... suovetaurilia circumagi iussi.* Extrema prope accedunt ad oraculum Apollinis: *si ita faxitis, Romani, vestrae res meliores facilioresque erunt* (Liv. 23, 11, 8) alterumque Marcianum: *fiet res vestra melior* (Liv. 25, 12, 10) et ad carmen censorium, *quo dii immortales ut populi Romani res meliores amplioresque facerent rogabantur* (Val. Max. 4, 1, 10). — Appellatur deinde numen: *vos* (vel *te*) *quaeso precorque,* ut est apud Catonem ibidem post ipsum numinis vocabulum: *te precor quaesoque.* — Sequuntur petita, quae ita fere restitui poterunt adsumptis precationibus ma-

---

1) *pulchrarum* Diels ad v. 106.

2) Haec perturbata sunt: pro popanis nominanda fuerunt liba, a quibus precatio inceperit necesse est.

3) Exempli causa ex precatione ad Moeras directa, quae quinque versus litterarum fere centenarum quinquagenarum implebat, haec supersunt eorum principia (V, 52—56):

Moerae uti v[*obis*
p. R. Q. XVv[*iris*
additis in
sacrifici . . . . [*estote*
fitote vo[*lentes*

tronarum infra relatis ex actis utrisque: [*uti imperium maiestatemque populi Romani*] *Quiritium duelli domique*[1]) *au*[*xitis, utique semper Latinum nomen tueamini, incolumitatem sempiter*]*nam victoriam valetudine*[*m populo Romano Quiritibus tribuatis faveatisque populo R. Quiritium legionibusque populi Romani*] *Quiritium remque p*(*ublicam*) *populi R*[*omani Quiritium salvam servetis, uti sitis*] *volentes pr*[*opitiae populo Romano*] *Quiritibus, XVvirum collegi*[*o, mihi, domo, familiae, et uti huiu*]*s sacrifici acceptrices sitis* (designantur victimae). Similiter formula apud Catonem c. 141: *utique tu fruges ... bene ... evenire siris ... duisque bonam salutem valetudinemque mihi domo familiaeque nostrae,* quibus quae hic subiunguntur ea Cato praemisit: *uti sies volens propitius mihi domo familiaeque nostrae.* Imperator quod in his formulis non nominatur, inde explicandum, quod verba haec facit ipse Augustus. Finit precationem protasi illi *quarumque rerum ergo* respondens apodosis: *harum rerum ergo macte hac agna femina inmolanda estote fitote v*[*olente*]*s propitiae populo Romano Quiritibus XVvirum collegio, mihi, domo, familiae,* plane ut apud Catonem c. 141: *harumce rerum ergo .... macte hisce suovetaurilibus lactentibus inmolandis esto.* Vides *macte* vocabulum hic non adiectivi locum obtinere, sed secundum usum magis probatum pro adverbio usurpari[2]). Duplicis locutionis *esto fito* alterum exemplum mihi non suppetit: *fite mihi volentes propitiae* Plautus habet (Curc. 89 Ritschl). Formula de Apolline usurpata paullo diversa prope accedit ad Catonianam c. 134: *Iane pater, uti te strue commovenda bonas preces bene precatus sum, eiusdem rei ergo macte vino inferio esto.*

Simili, sed non eodem carmine matronae die secundo praeeunte nescio quo XVviro, fortasse ipso Augusto, Iunonem reginam invocant:

123 *CX matribus famil*[*ia*]*s nuptis, quibus denun*[*tiatum fuit*
124 *ut convenirent, imp. Caesar Augustus*?] | *praeit in haec*
125 *verba:* | *Iuno regina, ast*[3]) *quid est qu*[*o*]*d meli*[*us siet*
126 *populo Romano Quiritibus, ... matres familias*] | *nuptae*
genibus nixae te u[*ti faxis quaesumus precamurque, uti*
127 *imperium*?] | *maiestatemque p. R. Quiriti*[*um duelli do-*
mique auxis, utique semper Latinum nomen tueare, in-

---

[1]) Cf. Plautus Asin. 559 Ritschl: *quae domi duellique male fecisti.*

[2]) Exempla composuit Neue *Formenlehre* 2^2, 99. Unicum adiectivi apud iustum auctorem inventum, nimirum apud Catonem de re rust. 134, 2 *mactus hoc ferto* videtur corruptum esse corrigendumque sic fere: *macte esto hoc ferto.*

[3]) Particula hoc loco evidenter idem valet atque *si*, ut apud Ciceronem de leg. 3, 4, 11: *ast quid turbassitur in agendo, fraus actoris esto.* Disputaverunt de ea R. Schoell ad legem XII tabb. praesertim p. 110 et Iordan *krit. Beitr.* praesertim p. 300. 305. Hic quod contendit audacter sane Ciceronem particula antiquo sermoni propria parum recte usum esse, iam eo redarguitur, quod plane eodem modo usitata adest in actis aetatis Augustae.

128 *columitatem*] | *sempiternam victoriam* [*valetudinem populo Romano Quiritibus tribuas faveasque populo Romano*
129 *Quiritibus legionibusque populi Romani*] | *Quiritium remque publi*[*cam populi Romani Quiritium salvam serves,*
130 *uti sies volens propitia populo Romano*] | *Quiritibus, XVvir. s. f., no*[*bis domibus familiis: haec matres familias*
131 *CX populi Romani*] | *Quiritium nuptae geni*[*bus nixae quaesumus precamurque*].

Sacrum Iunoni factum die secundo sic enarratur in actis Severianis (VI *A*, 7—11): [*Impp.* cet. *cum reliquis XV*] *viris ante cellam Iunon*[*is regina*]*e venerunt ibique Severus Aug. Iuliae Aug. matri castror. con*[*iugi*] (desunt multa) [*adstantibus? Numisia*] *Maximilla*[1]) *et Terentia F*[*la*]*vola*[2]) [*v*]*irg. Vest. praeit in haec verba: Iuno regina, ast quid est* [*quod melius siet p. R. Q., permitte, uti oremus te matres familiae CX p. R.*] *Q. nupt*[*ae obse*]*cremusquae, uti tu im*[*peri*]*um maiestatem*[*que p. R. Q. du*]*elli domique auxis*[3]) *utique semper Latinu*[*m nomen tueare ...... faveasque*] *p. R. Q. legionibu*[*sque*] *p. R. Q. remque publicam p. R. Q. salvam serve*[*s*] *//////* *faxis sisque volens propitia p.* [*R. Q., XVviris s. f. nobis domibus familiis: haec matres familias CX*] *p. R. Q. nuptae genib*[*us nixae*] *precamur o*[*r*]*amus obsecr*[*a*]*musque.*

Perficitur ita quod fieri iubet Sibylla v. 23—25: αἱ δὲ γάμου ζεύγλαις δεδμημέναι ἤματι κείνῳ γνὺξ (= *genibus nixae*) Ἥρης παρὰ βωμὸν ἀοίδιμον ἑδριόωσαι δαίμονα λισσέσθωσαν. Diem editores adnotarunt parum convenire programmati, scilicet quod praecedunt sacra tertii diei: sed XVviros iam videmus, et rectius quidem opinor, carmen ita interpretatos esse, ut verba ἤματι κείνῳ referrent ad ea quae praecedunt de eodem numine: δαμάλης τε βοὸς δέμας ἀγλαὸν Ἥρης δεξάσθω νηὸς παρὰ σεῦ et propterea precationem matronarum fieri iuberent die secundo sacro Iunoni. Numerum matronarum determinaverunt omnino XVviri. Apud Zosimum eadem sic enuntiantur: τῇ δὲ μετὰ ταύτην (post diem primum) ἡμέρᾳ γυναῖκες ἐπίσημοι κατὰ τὴν ὥραν (= eo tempore, nisi scriptor errore memoriae pro die posuit horam), ἣν ὁ χρησμὸς ὑπηγόρευσεν, εἰς τὸ Καπιτώλιον συνελθοῦσαι λιτανεύουσιν τὸν (immo τὴν) θεὸν καὶ ὑμνοῦσιν ὡς θέμις.

---

[1]) Virgo vestalis maxima a. 201 (C. I. L. VI, 2129; Lanciani *Not. degli scavi* 1883 p. 448) et sine dubio tum quoque cum ludi saeculares edebantur.

[2]) Virgo vestalis a. 215 maxima (C. I. L. VI, 2130; Lanciani l. c.), tum cum ludi edebantur maximae ut videtur proxima.

[3]) Similiter Livius in precatione Scipionis 29, 27: *eaque vos omnia bene iuvetis, bonis auctibus auxitis.*

LVDI SCAENICI ET CIRCENSES ET VENATIO.

Ludi in actis commemorantur sic

in epistula:

22 .. *[ite]mque ad ea sacrificia atque ad eos ludos paran[dos*

in edicto:

25 *[s]acrificium saeculare ludosque qui centensimo et d[ecimo anno recurrunt quomodo cives celebrare deberent, de ea re]*
26 *quae more exsemploque maiorum in contione palam e[diximus, ut scripsit ad nos imp. Caesar Augustus, item in albo proposui]-*
27 *mus, uti, si qui a contione afuissent aut non sat[is intellexissent,*
28 *cognoscerent, quid quemque eorum quoque d[ie facere oporteret.*

ludi sollemnes indicuntur:

39 *loedi feriae sellisternia pe[r noctes tres et dies totidem,* . . . . *qui a]*
40 *collegio edicti sunt, ie[i celebrabuntur* . . . . *a nocte]*
41 *quoi dies incluciscet k. I[uniarum* . . . . *ad a. d. III]*
42 *nonas Iun. quod que[mque*

---

83 *ludos Latinos saeculares comm[ittemus]* . . . .
84 *k. Iun. noctis h. II*
85 *item ludos Latinos committe[mus]* . . . .

fiunt Iun. 1—3:

nocte prima v. 100. 101:

ludique noctu sacrificio [co]nfecto sunt commissi in scaena, quoi theatrum adiectum non fuit, nullis positis | sedilibus

die primo v. 108. 109:

deinde ludi Latini in the[a]tro ligneo, quod erat constitutum in campo s[ecu]ndum Tiberim, sunt commissi | . . . . neque sunt l[udi] intermissi iei qui noctu coepti erant.

nocte secunda dieque secundo:

133 *ludi ut pridie facti sunt.*

nocte tertia dieque tertio v. 153. 154:

ludis scaenicis dimissis h. . . iuxta eum locum, ubi sacrificium erat factum superioribus noctibus et | theatrum positum et sc[ae]na, metae positae quadrigaeq. sunt missae et desultores: misit Potitus Messalla.

iudicuntur ludi honorarii v. 156-158:

ludos, quos honorarius dierum VII adiecimus ludis sollemnibus, committimus nonis Iun., Latinos in theatro | ligneo, quod est ad Tiberim, h. II, Graecos thymelicos in theatro Pompeih. III, Graecos asti[cos in] thea[tro quod est] | in circo Flaminio h. I . . .

intermisso die Iun. 4 fiunt Iun. 5—11:

160 *nonis Iun. ludi sunt com[missi* . . . . *Latini in]*

161 *theatro ligneo, Graeci th[ymelici in theatro Pompei, Graeci astici in theatro quod est in circo Flaminio].*

indicitur venatio Iun. 11:

162 *a. d. III eid. Iun. edictum propo[situm est in haec verba. XVviri s. f. dicunt]*

163 *pr. eid. Iun. venationem dabim[us.*

fit Iun. 12:

164 *pr. eid. pompa praelata puer* . . . .

165 *M. Agrippa quadrigas [misit]* . . . .

Ludos carmen tangit in fine sic: *ἤμασι δ' ἔστω νυξί τ' ἐπασσυτέρῃσι θεοπρέπτους κατὰ θώκους παμπληθὴς ἄγυρις· σπουδὴ δὲ γέλωτι μεμίχθω.* Quo aperte respiciunt verba actorum v. 109 ludos per noctes diesque omnes non esse intermissos.

Ludi (*loedi* dicuntur in formula sollemni v. 39) de quibus agitur duplicis generis sunt, *sollemnes* alii, alii *honorarii.* Illi aperte legitimi sunt cum sacrificiis coniuncti, quales sacrorum Arvalium die secundo sacrificia excipiunt; hos XVviri edunt sponte sua. Impensas quoque illorum dubium non est ad aerarium pertinuisse, scilicet ex lucari illos, hos factos esse sumptu sacerdotum. Ludorum honorariorum alibi mentio reperitur bis, apud Festum epitomatum p. 102: *honorarios ludos, quos et liberalia dicebant* et apud Suetonium Aug. 32: *triginta amplius dies, qui honorariis ludis occupabantur, actui rerum accommodavit,* qui loci iustam interpretationem nunc demum ex actis accipiunt. In priore cum pateat intellegi non posse diem festum Liberi patris (cf. Marquardt *Handbuch* 6, 363), iam videmus

agi de ludis ex liberalitate editis [1]). Item apud Suetonium nequaquam significantur ludi propter honorem aliquem impetratum a magistratibus editi oppositi sacerdotalibus, neque enim sic explicatur, cur id auctor addiderit neque ullum alibi indicium reperitur ludorum sollemnes dies ab Augusto esse imminutos. Immo hoc opinor scriptor ait, cum adhuc consuetudo obtinuisset, ut magistratus sacerdotesve sponte sua ludos ederent certo numero dierum, id Augustum fieri vetuisse. — Ludis honorariis ita explicatis simul explicata est quae in sacris Arvalium die secundo immolari solet post *porcas piaculares vacca honoraria* [2]). Eam cum adhuc diximus [3]) inde appellatam videri, quod diis sacra fiunt *honoris ergo* [4]), verba dedimus, nam quod omnibus commune est, ad speciem distinguendam non potest usurpari, quasi ei proprium esset. At quid subsit, significatur ipsis actis Arvalium, quae victimis honorariis opponunt piaculares. Nam piaculum qui facit, debitum solvit; contra vacca illa ideo honoraria appellatur, quod sponte donata deae immolatur [5]).

Ludi scaenici Latini sollemnes fiunt per noctes tres diesque totidem sine intermissione ibi, ubi sacra quoque peraguntur, in campo, prima nocte ritu vetusto in scaena sola sine spectaculis [6]) (recte igitur Zosimus 2, 5: *κατασκευασθείσης σκηνῆς δίχα θεάτρου*, ubi perperam substituerunt recentiores *δίκην*), deinde theatro extructo et sellis positis. Scaenici honorarii adiecti a sacerdotibus ex liberalitate et continuati intermisso die Iun. 4 per dies septem a non. Iun. ad III id. Iun. = Iun. 5—11 fiunt cum Latini tum Graeci et hi alii thymelici sunt, alii astici. Rem explicat Vitruvius 5, 7, 2: *tragici et comici actores in scaena peragunt, reliqui autem artifices suas per orchestram praestant actiones: itaque ex eo scaenici et thymelici Graece separatim nominantur.* Ulpianus quoque (Dig. 3, 2, 4 pr.) thymelicos iis opponit

---

[1]) Eadem significatione accipiendum est vocabulum ubi usurpatur de vino frumentoque. Isidorus orig. 20, 3, 8: *honorarium vinum quod regibus et potentibus honoris gratia defertur. Cato de innocentia sua: cum essem in provincia legatus quamplures ad praetores et consules, vinum honorarium dabant* (cf. *Staatsrecht* I³ p. 300 not. 2) *numquam accepi ne privatus quidem.* Cicero in Pison. 35, 86: *qui modus tibi fuit frumenti* (scilicet in cellam, quod magistratus requirit legitime) *aestimandi? qui honorarii? si quidem potest vi et metu extortum honorarium nominari.*

[2]) Henzen Arval. p. 20.

[3]) Venit interpretatio a Marinio Arval. p. 310: eum secuti sunt Henzen Arval. p. 22 et Marquardt *Handb.* 6, 185.

[4]) Arnobius 7, 13 seq.

[5]) Eodem pertinere videtur quod ad Vergilii verba Aen. 1, 632: *divum templis indicit honorem* Servius adnotavit: *indictiva sacrificia dicebantur, quae subito ad praesens tempus indicebantur: dicebantur sacra et honoraria, quod utrumque hoc loco complexus videtur.*

[6]) Populum Romanum notum est antiquiore tempore ludos stantem spectavisse et a. 599 senatum decrevisse, *ne quis in urbe propriusve p. mille subsellia posuisse sedensve ludos spectare vellet* (Val. Max. 2, 4, 2).

qui artem ludicram faciunt: unde hic priore loco nominantur[1]). Astici e contrario (cf. Suetonius Tib. 6: *praesedit et asticis ludis*; Gai. 20: *edidit in Sicilia Syracusis asticos ludos* cet.) sunt scaenici soliti. — Theatrum in circo Flaminio intellegitur Marcelli coeptum a Caesare dictatore, dedicatum quadriennio fere post editos ludos saeculares (Becker topogr. p. 603).

Ludi circenses in sollemnibus tertio die ab hora nescio qua (nam numerus periit in hiatu) solito more scaenicos excipiunt. Ad eosdem pertinent *equi quadrigarii* in ludis saecularibus apud Festum (v. Tarentum p. 351) commemorati. Ii ut fiant, *metae positae sunt* (v. 154): quocum conferendum, quod imp. Claudius in ipso circo maximo metas auratas fieri iussit *quae ligneae antea fuerant* (Suetonius Claud. 21). Ipsi ludi circenses XVvirales plane respondent iis, quos collegium Arvalium celebrare solet: ita in actis eius a. 81 haec leguntur: *magister C. Iunius Mefitanus coronatus riciniatus de querceribus signum quadrigaris et desultoribus misit, quos coronis argenteis ornavit.*

Ludos honorarios scaenicos sequitur venatio, sed indicta edicto altero, neque, ut ludi sollemnes constant scaenicis et circensibus, ita scaenicorum ludorum et pugnarum publice editarum legitima communio fuit. Venationem ubi XVviri ediderint actorum reliquiae non enuntiant; Augustus scribit (Ancyr. 4, 39) venationes edidisse se *in circo aut in foro aut in amphitheatris.* Pompae ut passim mentio fit in ludis circensibus scilicet sacrorum publicorum causa editis, ita in gladiatoriis venationibusque a sacris publicis alienis apud scriptores certe non memoratur: nam quod gladiatores *pompaliter ornati* in harenam introeunt[2]), nihil opinor commune habet cum *pompa praelata.* Id ipsum minus proprie dictum videtur esse: proprie dicuntur tituli simulacraque *pompa praeferri*[3]) vel ipsa *pompa* dicitur *ferri*[4]). XVviri tamen in circensibus de pompa tacentes pompam venationis in acta rettulerunt. At quid in ea pompa ferri iusserint, cum deorum simulacra, quae in pompis his potissimum solent portari ferculis imposita, ab hac laetitia abhorreant, definire non audeo. Fortasse anaglyphum repertum Pompeiis, quod ad ludos gladiatorios sive funebres sive amphitheatrales spectare viri docti

---

[1]) In oppidis Graecis non raro inveniuntur thymelicorum collegia; ita in civitate certe semigraeca Nemauso fuit ἱερὰ θυμελικὴ σύνοδος (Kaibel inscr. Graec. Ital. et Sicil. p. 751) similesque extiterunt Neapoli et Romae et alibi (l. c.). Latine scriptos lapides raro eorum mentionem facere consentaneum est; cf. C. I. L. VI, 10161: *Athenodorus xysticus Paridi thymelico bene merenti fecit.* Aetate Iustiniani quintum processum consularem τὴν ἐπὶ τὸ θέατρον ἄγουσαν, ἣν δὴ πόρνας καλοῦσιν novella eius CV ita enarrat: ἔνθα τοῖς ἐπὶ σκηνῆς γελωτοποιοῖς ἔσται χώρα τραγῳδοῖς τε καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς θυμέλης χοροῖς, θεάμασί τε παντοδαποῖς καὶ ἀκούσμασιν ἀνεῳγμένον ἐστὶ τὸ θέατρον.

[2]) Friedlaender apud Marquardtium *Handbuch* 6 p. 561.

[3]) Sueton. Tit. 2: *statuam .. ex ebore equestrem, quae circensi pompa hodieque praefertur.* Caes. 37: *Pontico triumpho inter pompae fercula trium verborum praetulit titulum 'veni vidi vici'.*

[4]) Varro de l. Lat 5, 153: *circum metas fertur pompa.*

consentiunt, eiusmodi pompam repraesentat, cum habeat fercula[1]): sed de his alii iudicabunt. — Pueri, quos deinde acta habent, quinam intellegantur pariter obscurum est: ad canentes XXVII locum pertinere vix crediderim, sed non magis sic videntur recte significari venatores. — Denique quod in venatione *M. Agrippa quadrigas* [*misit*], eo ducit, ut v. 163 ita expleamus: *venationem dabi*[*mus et ludos circenses committemus*], quae circensium et venationis coniunctio aliquatenus defenditur eo quod Claudius imperator circenses commisit *nonnumquam interiecta per quinos missus venatione*[2]). Similiter ludos gladiatorios cum circensibus coniunctos invenimus in scholico quodam colloquio Latino Graeco, quod nuper ex codice Harleiano pro nuntio lectionum aestiveorum a. 1892 universitatis Ienensis edidit Georgius Goetze: *ἐὰν πάντα καλῶς, τὴν τρίτην ἡμέραν ἱππικός ἐστιν καὶ μετὰ ταῦτα θέατρα* (= ludi) *τῶν μονομάχων.* Pompam quoque fortasse ita licebit referre ad circenses potius quam ad venationem.

IVSTITIVM. LVCTVS MINVTVS.

Restant capita duo singillatim interpretanda.

Ludorum saecularium dies ut reliquorum ludorum feriatos esse debere Augustus monet in epistula v. 13. 14: [*dili*]*genterque memineritis litibu*[*s per eos dies non esse praestandam*] *audientiam.* Res nota ex Cicerone Verr. act. 1, 10, 31 aliisque. Abolitionis accusationum ita determinatae, ut accusatori finitis ludis intra dies triginta proximos reum repetere liceat, acta Severiana neque tamen haec meminerunt.

Edictum de luctu omittendo per ludorum saecularium dies, quod proposuerunt XVviri (v. 111—114):

> *Cum bono more et proind*[*e c*]*elebrato frequentibus exsemplis, quandocumq*[*ue i*]*usta laetitiae publicae caussa fuit,* | *minui luctus matrona-*[*r*]*um placuerit, idque tam sollemnium sacroru*[*m l*]*udorumque tempore referri* | *diligenterque opservar*[*i*] *pertinere videatur et ad honorem deorum et ad* [*m*]*emoriam cultus eorum, statuimus* | *offici nostri esse per edictum denuntiare feminis, uti luctum minuant.*

ut ipsum indicat, sollemne fuit. *Minuitur populo luctus,* ait Festus p. 154, *aedis dedicatione, cum censores lustrum condiderunt, cum votum publice susceptum solvitur:* solvitur autem etiam ludis saecularibus votum factum in perpetuum. Errore sine dubio collegium edictum proposuit post ludos coeptos primo demum eorum die.

---

[1]) Edidit anaglyphum Avellinius *Bullett. archeol. Napol.* 4 (1846) tab. I; dixerunt de eo Henzen *Bullett. dell' Inst.* 1846 p. 89 et Iahn *Berichte der saechs. Gesellschaft* 1861 p. 315 not. 91.

[2]) Sueton. Claud. 21.

ORTHOGRAPHICA.

Lingua et orthographia culta est et compta ea, quae perfecta imperante Augusto deinceps obtinuit. Archaismi veri nulli inveniuntur nisi in formulis retenti *duellum* v. 94, *siet* v. 105. 141, *loedi* v. 39, cum praeterea constanter acta utantur forma recentiore. Proprietates sermonis has observavimus.

vocalium geminatione perpetuo evitata neque *uu* admittitur neque *ii* (genetivo *offici* v. 114, *Pompei* v. 157, *sacrifici* v. 97, ablativo *isdem* v. 29. 37, item *praeit* v. 124).

ei diphthongus ubi postea cessit *i* simplici, rara iam facta non invenitur nisi in dativo singulari *tibei* semel v. 117, cum passim scribatur *tibi* (118. 136. 137. 141. 142) — in dat. abl. plur. *heis* v. 143, *ieis* v. 8. 57, *illeis* v. 92. 105. 117, *libeis* v. 118, *libreis* v. 105. 117, *singuleis* v. 34, cum simplex *i* passim vel in iisdem vocabulis (*illis* v. 141, *libis* v. 112. 143) reperiatur — in vocabulo *eidus* v. 162. 163. 164, ubi diphthongus sub tutela opinor compendii diutius remansit. In genetivo singularis decl. 2 et nom. plur. decl. 2 nusquam comparet diphthongus excepto uno vocabulo *iei* v. 40. 66. 109, quoniam *ii* scribi non potuit et displicebat simplex *i*.

u pro *e* vel *i*: *existumavimus* v. 65 — *faciundum* v. 38.

abl. sing. 3 *insequenti* v. 90.

acc. plur. 3 *saecularis* v. 52, at *saeculares* v. 83, *certiores* v. 87 cet.

adsimilatio compositorum adest inter alia in *collegium* v. 29. 30. 40. 97. 98, *committere* v. 83. 95. 100. 108. 155, *commonefacere* v. 65, *componere* v. 149, non adest in *inperare* v. 63 (quamquam scribitur *imp.*), *inmolare* v. 98. 99. 103.

Praeterea notabimus haec:

aheneus v. 60. 62, non *aeneus*.

aenator v. 88, non *aeneator* (vide supra p. 257).

centensimus v. 25 inserta littera *n* ut in Ancyrano.

domo dat. sing. v. 99.

exsemplum v. 27. 111, cum praeterea *xs* non reperiatur.

inluciscere v. 4. 41, non *inlucescere*.

macte v. supra p. 266 not. 1.

matres familiae v. 80. 109, *matres famil*[*ia*]*s* v. 123.

Messalla, Messallinus v. 152.

opservari v. 113.

pthois v. 118. 140. 142. 145 substituta tenui pro aspirata Graecorum. Tuentur igitur acta quod habent libri Ciceronis Tuscul. 1, 10, 21 *Pthiotam senem* et Vergilii Aen. 1, 283 *Pthiam* similiaque.

saecular- constanter, non *saeclar-*.

XVvirorum v. 101 ut est in Ancyrano, non *XVvirum*.

quoi v. 4. 41. 100.

valetudo v. 95 ut in monumento Ancyrano, non *valitudo*.
ut v. 65. 76. 81. 133, *uti* passim.

Apex uno loco ubi adest v. 115 in *pthóibus* offendit, cum vocalis sit brevis.

Litterae singulares notabiliores reperiuntur hae:
a(lter) a(mbo)v(e) v. 61.
b(onum) f(actum) v. 80: vide supra p. 255 not. 1.
q(ui) a(erario) p(raesunt) v. 63: vide supra p. 249.
s(ine) f(raude) s(ua) v. 57.
IIII v. 49, *IV* v. 77.
IX uno loco v. 13 pro sollemni *VIIII*.

II.

COMMENTARIVM LVDORVM SAECVLARIVM SEPTIMORVM

A. P. CHR. CCIV [1]).

Ludorum saecularium editorum a. u. c. 957 = p. Chr. 204 testes supersunt nummi hi in tribus metallis pariter cusi:

Severus Pius Aug. p. m. tr. p. XII) (*cos. III lud. saec. fec.*; in aheneis additur *s. c.* In antica protome Augusti loricata. In postica Augustus stat ad d. velatus more Romano sacrificans

---

[1]) Acta Severiana, quorum frusta maiora minorave numero CV in effossionibus supra p. 225 memoratis una cum actis ludorum quintorum ruderata sunt, diligenter et perite composita curam agente una cum Barnabeio praesertim Dante Vaglieri adsumptis in laboris societatem Iosepho Gatti et Huelseno nostro, adiutore item fabro sollerti Dardano Bernardini, prodierunt primum in actis Lynceorum una cum actis aetatis Augustae typis maiusculis in tabulis expressa commentario adiecto nullo. Pleraque fragmenta ut aliquatenus ad antiquum ordinem revocari potuerunt, ita universa caerimoniarum ordinatio ex actorum reliquiis non satis elucidatur, nec puto ad eorum qui ipsa marmora tractaverunt laborem indefessum et egregium ab iis, quibus non suppetunt nisi tabulae typis expressae, multa additum iri. Ego in hac altera editione fragmenta omnia repetivi minusculis, recognita ad lapides secundis curis ab Huelseno in ea quoque re Vaglierii adiutorio egregio uso. Itaque noster textus ubi recedit ab editione Romana, id quod non usu venit fere nisi in minoribus, ibi volo mihi fidem haberi vel potius Huelseno; dubia quae sic quoque remanserunt in adnotatione indicavimus.

in ara ornata; contra eum Hercules stat cum clava et pelle leonis, item victimarius porcum adducens. Pone aram tibicen stans et Bacchus item stans cantharum et thyrsum tenens (in quibusdam adiacet panthera). Ante aram Tellus quae videtur iacens ad corbem et spicas tenens (Cohen descr. 4 p. 14 n. 105—110; Eckhel 7, 185; minora quae differunt omisi).

Antoninus Pius Aug. pont. tr. p. VII) (*cos. lud. saec. fec.*; in aheneis additur *s. c.*: aut praecedenti similis aut eo differens, quod ara et imperator absunt et repraesentantur Hercules et Bacchus soli sic ut supra diximus ornati (Cohen l. c. p. 147 n. 48—52).


Severus Pius Aug.) (*sacra saecularia.* Antica ut supra. In postica Augustus stat ad s., librum tenens, sacrificans in ara ornata accensa; contra eum Antoninus puer stans; pone aram Concordia stans, ad sin. tibicen, ante aram Tiberis(?) urnae innixus; ad d. femina plectrum tangens; retrorsum vela (Cohen l. c. p. 65 n. 623—626).

M. Aurel. Antoninus Pius Aug.) (*sacra saecularia*: praecedenti similis (Cohen l. c. p. 201. 555. 556).

P. Septimius Geta Caes.) (*saecularia sacra: s. c.* Filii duo sacrificant ad aram; pone eos pater stat; pone sacrificantes aedes ornata velis; adstant in quibusdam tibicen et tibicina et adiacet Tiberis (Cohen l. c. p. 272 n. 179. 180). Idem fere nummus reperitur cum inscriptione *Geta Caes. pontif. cos.* (Cohen l. c. n. 177. 178), cusus igitur non ante a. 205, quo Geta fasces sumpsit.

Meminerunt eorum Censorinus c. 17: *octavos* (*ludos saeculares fecerunt*) *imperatores Septimius et M. Aurelius Antoninus Cilone et Libone cos. anno DCCCCLVII* et Zosimus 2, 4 (cf. c. 7): ὁ Σεβῆρος τῶν δέκα καὶ ἑκατὸν ἐνστάντων ἐτῶν ἅμα τοῖς παισὶν Ἀντωνίνῳ καὶ Γέτᾳ τὴν αὐτὴν ἑορτὴν κατεστήσατο Χίλωνος καὶ Λίβωνος ὄντων ὑπάτων, denique aequalis Herodianus 3, 8, 10: εἴδομεν δὲ ἐπ' αὐτοῦ (sub Severo) καὶ θέας τινῶν παντοδαπῶν θεαμάτων ἐν πᾶσι θεάτροις ὁμοῦ, ἱερουργίας τε καὶ παννυχίδας ἐπιτελεσθείσας ἐς μυστηρίων ζῆλον· αἰωνίους δὲ αὐτὰς ἐκάλουν οἱ τότε, ἀκούοντες τριῶν γενεῶν διαδραμουσῶν ἐπιτελεῖσθαι. κήρυκες γοῦν κατά τε τὴν Ῥώμην καὶ τὴν Ἰταλίαν διεφοίτων καλοῦντες ἥκειν καὶ θεάσασθαι πάντας ἃ μήτε εἶδον μήτε ὄψονται.

Commentarii, quo feriarum harum acta continebantur, propositi ibi ubi saecularia celebrata erant, earum pariter atque similium testis perpetui futuri, in urbe Roma in Tarento reliquiae nuper ibidem inventae sunt una cum actis Augustis. Sed ingentis cippi quam exiguae reliquiae supersint, declarabit quam composuit Huelsenus noster earum quasi quaedam tabella:


I
1 - 33
I
I, 30-37
I, 35 — 48
I, 42-57
I, 49
- 56
II, 1-13
II, 7-29
III, 1-91
III, 2 - 43
III, 75-85
IV
IV
V
VI
VII
VIII A
VIII B
IX
IX
0
2

Subiunxi conspectum ad argumentum, quatenus dignoscitur, digestum. Inter fragmenta numeris distincta, ut inter I et II, versus aliquot toti possunt intercidisse, etiam ibi, ubi argumentum continuatur.

I, 1—4 inscriptio commentarii.
I, 5—48 senatus consultum de ludis faciendis factum a. 203 ante Aug. 14.
I, 49—53 decretum collegii a. 203 Nov. 13 argumenti incerti.
I, 54—57 edictum XVvirum argumenti item incerti.
II, 1—6 acta collegii d. Apr. 15. Recitantur epistulae duae imperatorum de sortitione facienda suffimentorum causa et de diebus ludorum constituendis.
II, 7—14 acta collegii d. Mai. 25. Sortitio tribunalium suffimentorum distribuendorum causa.
II, 14—22 edictum XVvirum item d. Mai. 25.
II, 22—29. III, 1—4 suffimentorum datio et distributio coepta d. Mai. 26.
III, 4—15 die alio frugum divisio praecedente precatione.
III, 15—25 die fortasse alio Tarenti lustratio.
III, 26—29? edictum XVvirum sacra futura ordinans.
III, 29?—50? precatio inchoativa sacrorum saecularium.
III, 51—91 { invocatio Moerarum noctis primae. sellisternia noctis eiusdem? invocatio Iovis die primo? }
IV, 1—8 { invocatio Iunonis reginae die secundo. sellisternia noctis secundae. epulum sacerdotum. }
IV, 9—23. V, 1—7 sacrificium matronarum CX die secundo.
V, 8—12 { sellisternia noctis tertiae. sacrificium noctis eiusdem? }
VI edictum sacerdotum (modo huc pertineat) argumenti incerti.
VII. VIII *A*, 1—4. VIII *B* ludi sollemnes.
VIII *A*, 5—13 edictum XVvirum de ludis honorariis.
VIII *A*, 14—30. IX ludi honorarii cum sacrificio?

Sequuntur ipsa fragmenta litteris minoribus expressa et ut fieri potuit ordinata et expleta. Spatia ubi in lapide vacant, id indicavimus supra versum (*vac. litt. tot*). Hiatus quantum fieri potuit determinavimus, aut, in minoribus praesertim, expletis iis litteris virgulisve punctisve tot quot excidisse viderentur aut adscripto numero litterarum deficientium, quo numero si quae suppletae sunt, eae quoque comprehenduntur. Integrum versum anticae in summo cippo habuisse litteras circiter centum quinquaginta efficitur ex c. I, 27; sed elementis per gradus factis minoribus et deterioribus in media parte (fr. IV) versus litteras capit c. centenas octogenas, in parte extrema c. ducenas. In latere versus capit litteras c. octogenas quinas (fr. VIII *A*, 6). Cum his numeris versus quotquot inveniuntur supplementi non prorsus incerti in universum conveniunt. Hinc ubi versus aut prima aut postrema

elementa supersunt numerus desideratorum aliquatenus determinatur, quamquam propter inaequalitatem et scripturae et ipsarum litterarum qui positi sunt numeri omnes accipiendi sunt approximative. In fragmentis quae non habent nisi versuum partes medias ab ea computatione plerumque abstinere debui.

I (v. 1—38 ed. Rom. tab. B fr. I; v. 35—48 ad finem ibidem tab. C fr. II pars posterior; v. 42—57 principio ibidem tab. C fr. II pars prior; v. 49—56 ad finem ibidem tab. C fr. III pars posterior).

1 [*Comme*]ntarium [*ludorum saecu*]lar[*iu*]m [*se*]ptim[*orum, qui facti sunt*]

2 [*imp. Caes. L. S*]eptimio Sev[*ero Pio*] Pertina[*ce*] Aug. Arabico A[*d*]iabenico Parthico [*max. pont. max*].

3 tri[*b. p*]otestat. XII et

4 [*imp. Ca*]es. M. Aurelli[*o Anto*]nino Pio Aug. //[ ]//////[*erasae litt. c. 30*]///[ ]

5 [9]///////// prid. [6]ias (t) in comitio in curia Iulia XVv[*ir*]i s. f. an[*te*] suggestum a[*m*]plissim[*orum consulum*]

6 10 [*consti*]terunt, ex q[*uibus* [13] *Maniliu*]s Fus[*cu*]s mag. collegii ex libello [*l*]egit: *vac. v. extr.*

7 [*Cum* [8] *denu*]o tempore sa[*e*]cul[*i veteris* [16] *elapso*] admon[*eat* [5]] vos celebritatis feste an[*n*]us, providentia principalis est, p[*atru*]m cu[*ra. Or*]igo lu[*dorum quomodo, cum debet religio*]

8 [[8] *saecula*]rium adi[*m*]pleri per [*eos* [13] *sollemnita*]temque pu[*blicam,* [7] *m*]onitu vetustissimae v[*ati*]s instituta sit, pervig[*ili*] cura patrare p[*rovisu*]m est, u[*t recte f*]ieri p[*ossint, collegium* 25 *nostrum*]

9 [10] in ////r et deorum [14]i cultus s[10]nibus impleatur [5 *i*]nmerito et immortale [// *q*]uae aliis ////erm/////us bon[9] cu[25]

I Sub hoc numero quae proponuntur in tabula B editionis Romanae quamquam passim hiatibus interrupta sunt, cum de collocatione frustorum dubitari nequeat, ipsa frusta in hac editione non separantur excepto uno, de quo dictum est ad v. 30 collocationis non prorsus certae. Ex tabula C quae cum his coniunximus tria fragmenta quatenus perveniant, et supra diximus et ostendunt adnotationes singula quid contineant.

1 scriptus est litteris maximis, 2. 3. 4 maioribus.

4. 5 litura cum non satis expleatur verbis *et L. Septimi Getae nobilissimi Caes.*, cogitavi de adiecto nomine C. Fulvii Plautiani praef. praet.

5 tam IAS cum possit fuisse quam TAS, ex septem primis mensibus unus nominatus fuit.

6 [*Maniliu*]*s Fuscus* potius quam [*Fulviu*]*s Fuscus*, v. p. 293.

8 ADI/ILERI lapis. — Supplementa si vera sunt, quod vix credo ipse, patrandi vocabulum usurpatum est pro explanando.

9 |ERA| lapis. — [*innum*]*era*[*bilib*]*us bonis* Bormann.

10 [15 *imp*]artierit ubert[14]m hoc saecu[*lum* [10] *cura maxi*]morum p[[10] *rincipum no*]strorum contulerunt // memin[*isse* [9] *debem*]us, quom[*odo* 32]

11 [15] fructum felicita[9] erant t[12] ın [13] frequentandum d[7 *t*]ribuerun[*t* 9]as vindici [32]

12 [15]gum tempestates i[10] annalium [25] auspicia ci//////////tatis sa[e]culariu[m 7]que decoru[m 29]

13 diligenti[*ssime* //]ernata est, ut ad fi[13]bus adpetere m[//// [14] *cum hodie ab*] urbe condita nungentensimus quinquagensimus se[*xtus*] ann[*u*]s sit, ex [33 *ludorum*]

14 saeculariu[*m post an*]nos urbi[*s CCL*]XXXXVII e[13] et vetustum IFII [16 *per*] magistros collegi M. Valerio Spurio Ve[*rg*]in[*io cos. i*]nst[*itutu*]m sit non ali[*ter* 33]

15 adiacta in [7]riae edi[3] festina[14]eni //o [28 *tem*]poribus [*ab*] origine sescenten[*simi et s*]exagensimi anni [35]

16 temporis c[7] est fact[*a saec*]uli n [14] egent fac[30] ratu[*m su*]perius patefecit [13 *c*]ur auspiciis [37]

17 celebrabi[*t* [7] *opti*]mus im[*p. cum A*]nton[*ino Aug*]usto //// [35 *ludos se*]ptimos saeculare[*s* 14] numin[25 *cu*]m propagi[*ne*]

18 subsidia u[7]u et a[5] veri [5 *te*]mpus adolesce[*ntiae* 35 *q*[uae sunt saecu[18]d Iuno Lucina ei[3]h[20 *suo preca*]tu advocabunt

19 piis vocib[*us* 7] tum [*sac*]erd[5] imperator sup[*plicabit* 65]nos devotioni[*s qu*]os d[[9] *ii volent*] adder[*e f*]elici numero

---

10 VBERII/: extrema littera fracta hasta est recta.

12 [*re*]*gum* Bormann — CI\ ///IIA/IAIIS · S/ / CVLARIV lapis; ante TATIS quae cernuntur vestigia, ad *sollemnitatis, festivitatis, celebritatis* vocabula convenire negat Huelsen.

13 [*aet*]*ernata* Bormann. — post ADPETERE aut M aut A.
post SITE aut X aut A.

14 inter VETVSTVM et FII| aut I littera aut punctum.

15 ADIACTA lapis.
EN\C, deinde ILICM3///

16 punctum post SAECVLI N ·
F in FAC dubia.
/IIV //// RATV lapis.

17 fin. MIROPACI// lapis.

18 I in VERI incerta.

18 *Iuno Lucina* et 19. 20 [*qu*]*os d*[*ii volent*] *adder*[*e f*]*elici numero rector*[*um nostrorum*] dicta sunt respectu matrimonii Antonini et Plautillae.

20 rectoru[*m nn., culmen a*]ugebit [*publicae fel*]icitatis. *vac. 3 l.* Teneo [*memoria quod cecinit* 63 *Sibylla: longissimum, i*]nquit, humanae vi[*tae te*]mpu[*s centensi*]mus et d[*ec*]imus annus e[*st*],

21 et ideo te[*stor: saecul*]ares ag[*ant*]ur /////// ergo Antonino fili[*o*] futurorum. Inter l[*aetitias*] et ga[*ud*]ia generis

22 huma[*ni ad* [20] *gratias agendas prae*]sentium bonorum et ad spem futur[*orum* [25] *curandum vobis e*]st, p. c., utei saeculari[*a nunc te*]mporis ratione poscente imm[*inentia* [9] *t*]ot gen[*it*]alibus prosper[*a*]

23 com[22 *sollem*]nia in annum decernatis sumptusque communi e[*xpensa* [8] *f*]ieri iubeatis omnique cultu adq[*ue*] veneratione immor[*talium pro* [9] *secu*]rita[*te a*]dque aeterni-

24 t[*ate* [13] *imperii sa*]nctissimo[*s loco*]s ag[*e*]ndis habe[*n*]disque gratia [sic] frequentetis, ut p[*osteris dii*] immortales referant, quae maior[*e*]s nostri condiderunt qu[*aeque* [22] *cum maior*]ibu[*s ante*]a contulerint,

25 [*etiam* [13] *temporib*]us no[*s*]tris [[8] *concesse*]runt. *vac. l.* 18 Adque ita Calpurnius Maximus [*v. c.*] ex manuario legit: *vac. v. extr.*

26 [*Cum* [13] *XVviri s. f.*] c. c. v. v. pro temporum laetitia et felicitate sanctissimorum piissimorumque p[*rincipu*]m nn. de ludibus [sic] saecularib[*us*] verba feceri[*nt et* 23 *videatur iam petend*]um ab optim[*is*]

27 [[10] *piissimisq*]ue prin[*ci*]pibus nostris imp. Caes. L. Septimio Severo Pio Pertinace Aug. Arabico Adiabenico Parthico maximo fortissimo felicissimo p. p. [*et imp. Caes.* [23] *M. Aurellio Anton*]ino Pio

28 [*Aug.* /////] !!![//////] !!!!!!!!, uti ludi [sic] saeculares, qui so[*li*]ti sunt inter centum et decem an[*nos*] fieri, faciant sequenti anno iis diebus, [*quibus* 23 *eos edere convenit imperat*]orum

29 [*nn.* [15] *decreto*] et [*XVv*]irorum s. f. c. c. v. v. inque eos ludos sacrificiaqu[*e* 11 *sumptu*]s ex aerario populi Romani fiant feriaeque serventur iis diebus, quibus t[*am clari ludi* [23] *celebrab*]untur,

30 [*nomina* [18] *quoque reo*]ru[*m*] aboleantur luctus[[4] *que*] feminarum [*item fi*]at quo[*minus populi felicita*]ti opsit, memoria tantae religionis con[*tinuo t*]ridu[*o celebretur* 22 *ma*]rmor

---

20 adlegatur principium oraculi: *ἀλλ᾽ ὁπόταν μήκιστος ἴῃ χρόνος ἀνθρώποισι ζωῆς, εἰς ἐτέων ἑκατὸν δέκα κύκλον ὁδεύων.*

21 TVRAX//ŁIV⁄ ERGO videtur esse in lapide.

23 ꞌNIA lapis: *sollemnia*, quod proposuit Hirschfeld, cum vestigiis convenire nuntiavit Huelsen.

24 GRATIA lapis pro GRATIIS.

30 CONI vel CONT lapsi. — Frustulum quod incipit a litteris sane dubiis RIDV, deinde pergens ita: || *adfueri* || *quietus qu* || *r servaltus* || *i for-*

31 20]era in a[5] optime [24] ludi futuri [38] adfueri[35

vac. l. 5

32 25] mess Co[25]istr[44]r quietus qu[35

33 25]i c. v[80]r serva//us 35

34 105]i fortissimi f[*elicissimi* 35

35 105]ituri pro orbis [38]qiq[8

vac. 7 l.

36 102]e correxerit [42]us [5

37 100]bus n[*ost*]ris[45 *Ro*]manum imperiu[*m* 5

38 100]//////[55]///////////////[5

39 120 *h*]oc quoque contu[5

40 120] [5

41 [120 . . . *imp. Caesari L. Septimio Severo Pio Pertinaci A*]ug. Arabico Adiab[*enico*

42 [*Pa*]rthico maximo [*et imp. Caesari M. Aurellio Antonino Pio Aug.* 110 /////// *fier*]i soliti sunt int[*er*

43 c]entum et decem [*annos* 110 *om*]nia collegia sacerd[*otum*

44 *e*]t senatores qui quo[110 *fer*]iasque servandas[5

45 diebus quibus tam sol[*lemni* 110]a occupaverit, accus[*atori-*

vac. l. 15

46 bus repetendi reos su[*os* 120] [5

47 [*Ce*]nseo commentarium lud[*orum* 120] sunt consecrent[*ur et in*

vac. l. 15

48 eas quoque res pecuniam [110] [5

49 Idibus Novembribus in Palat[*io* 100] rom[25

50 Crescens Calpurnianus, C[100] quin m [25

vac. l. 7

51 Atulenus Rufinus [100]umo an[25

52 administrationem tempor[100]prius p[25

53 fieri conveniret, esset fi[. . . . 100] *vacat versus extremus* [

54 *vacat versus primus* [ ] *vacat versus extremus* [

---

tissimi f || *ituri peo orbis* || *e correxerit* || *bus nostris* || *!!!!!* ||, in editione Romana repraesentatum in fine tabulae *B*, ita adiungendum esse praecedentibus indicaverunt amici Romani.

35 Hinc (vide ad v. 38) accedit ad finem versuum fragmentum quod incipit QIQ, desinit v. 48 in versu non scripto.

36 in. ⟋ΓVS lapis.

38 Lituram, in quam finit frustulum incipiens RIDV, cum videatur continuare litura, quae occupat fragmenti incipientis QIQ versum quartum, hoc superioribus sic ut supra factum est coniunxerunt amici Romani.

39 in.)IOC lapis.

42 Hinc accedit ipsa fere versuum principia habens fragmentum quod incipit RTHICO·MAXIMO perveniens ad v. 57. — I ante SOLITI certa.

49 Hinc accedit ad finem versuum fragmentum quod incipit ROM perveniens ad v. 56.

55 Imp. Caes. divi Marci Antonini [*Pii Germanici Sarmatici f. divi Commodi frater divi Antonini Pii nep. divi Hadriani pronep., divi Traiani Parthici abn., divi Nervae adn.*] L. Septi[*mius Severus Pius Pertinax*
56 Aug. Arab. Adiab. Parthi[*cus max. et imp. Caes. M. Aurellius Antoninus Pius Aug. . . . . . . imp. Caes.*] L. Sept[*imi Severi Pii Pertinacis Aug.*
57 Arab. Adiab. Parth. m[*aximi filii*

II (ed. Rom. tab. D fr. IV et V).

1 !!!!![ ]ivi
2 60 *a. d.*] XVII kal. Ma[*ias* [10] *de epistula*] ab impp. missa act. in haec verb[*a:*] *vac. 4 l.* Im[*p. Caes.*
3 *L. Septimius Severus et imp. Caes. M. Aurellius Ant*]oninus Pii Augg. XV vir. co[*lleg*]is sa[*lutem*]. Si vobis videtur, VIII kal. Iun. pro[*xi*]mas conven[*ite in Palatio in aede Apollinis*
4 *ad sortiendum qui quibus locis in tribunalibus suffime*]nta populo distribuere debeant. Valete, c[*oll*]egae carissimi nobis. Pompeius Rusonianus ma[*g. legit* (?)*: Imp. Caes.*
5 *L. Septimius Severus et imp. Caes. M. Aurellius Anto*]ninus Pii Augg. XV vir. collegis salutem. Si de is diebus ac noctibus consulitis, quibus ludos saeculares ed[*i oportebit* 25
6 32 *Simul quib*]us odoribus supplicare matronae debeant statuemus. Valete, collegae carissimi nobis. Pompeius Ruson[*ianus mag. legit?*
7 i[. . . 30 . . *a. d. VIII k.*] Iun. in Palatio in aede Apollinis collegium convenit ad sortiendum, qui quibus locis in tribunalibus su[*ffimenta populo distribuere deberent.*
8 sub [. . . . . . 30 *Adfuerunt imp. Caes. L. Sep*]timius Severus Pius Pertinax Aug. Arab. Adiab. Parth. max. et imp. Caes. M. Aurellius Antoninus Pius Aug. *vac. 3 l.* [*Noni-*
9 us M[*ucianus?* 28 *Poll*]ienus Auspex, Manilius Fuscus, Cocceius Vibianus, Atulenus Rufinus, Aiacius Modestus, Fabius Magnu[*s, ... Pompeius*]
10 Rusonianus mag., [. . . 20 *Crescens Calpu*]rnianus, Cassius Pius Marcellinus quaestor desig., Ulpius Soter cós. desig., Venidius Rufus [*cura*]t. albei [*Tiberis, Fulvius*

II Coniunxerunt fr. duo IV et V editores Romani ita ut supra indicavimus, ut prius perveniat ad v. 1—13, posterius versuum fere principia habens ad v. 7—29 respondeatque huius versus primus versui illius septimo. Posterius cum comprehendat frusta tria, ea quomodo olim cohaeserint, ostendit v. 20 restitutionis certae.

1 ACT lapis. — inter 1 fin. et 2 princ. deficere litteras c. 40, inter 4 fin. et 5 princ. litteras c. 30 aiunt H. et V.

8 in. SVB visum est esse Huelseno potius quam SVL vel SVP.

11 Granianus q. Augg. *vac. 3 l* [*sorticulis*] inspectis et in urnam missis sors habita est. In Palatio in tribunali Augustorum nn. quod [*est*
12 .... Salvius Tuscus; applicit[*um ..... in eo quod es*]t ad Romam quadratam Nonius Mucianus, Aiacius Modestus, Atul[*e*]nus [*Ru*]f[*i*]nus [. . . ., *O*-
13 [*fi*]lius Macedo; ante aedem [.. 35 ..] F[*ulvius*] Fuscus, Vetina Mamertinus; ante ae[*dem ..... Coccei*-
14 us Vibianus. *vac. 4 l.* Sortib[*us ductis eodem die edictum propositum est in haec verba:* 150 *Imp. Caes., divi Marci Antonini Pii Germanici Sarmatici filius, divi Com*-
15 modi frater, divi Antonin[*i Pii nepos, divi Hadriani pronepos, divi T*]raiani Parthic. ab[*nepos, divi Nervae adnepos L. Septimius Severus Pius Pertinax Aug. Arab. Adiab. Parthicus max. pont. max. trib. pot. XII imp. III cos. III*
16 pat. patr. et imp. Caes. M. Aure[*llius Antoninus Pius Aug. tr. pot.*] VII cos. ////// [*..... imp. Caes. L. Septimi Severi Pii Pertinacis Aug. Arab. Adiab. Parth. maximi filii, divi Marci Antonini Pii Germanici Sarmatici nepotes,*
17 divi Antonini Pii pronepotes, [*divi Hadriani abnepotes, divi*] Traiani Parthici et divi Ne[*rvae adnepotes cum ceteris XV viris s. f. dicunt.* 100 *Ludos saeculares septimos*
18 celebraturi admonemus Quir[*ites*] m[20]ma conveniatis, quo diebus quoque [*noctibus tribus ad ea sollemnia conveniendum erit* 95
19 Quo laetitiae publicae fructus a[*d un*]iversos [*cives perveniat, l*]udis saecularibus, quos edituri sumus, placere [90 *reorum*
20 nomina abolenda ita uti pos[*t d*]iem tricensimu[*m accusatoribus eo*]s re[*p*]etendi ius sit, edicendum existima[*vimus* 85
21 sit ratio, admonemus Quirit[*es d*]ominos urbano[*s et* 21 *eos quoq*]ue qui mercede habitant in noctibu[*s feriarum illarum ut una cum* 85 *mili*-
22 tibus nostris circumeuntibus [*reg*]ionum tutelam [*diligenter administrent. A. d.*] VII kal. Iun. impp. Severus et A[*ntoninus Augg.* 65 *in Palatio*
23 in area aedis Apollinis. Ubi cu[*m a*]dscendissen[*t in tribunal,* 28] suffimenta dederunt[85 *equestri ordi*-
24 ni et plebei populoque Roma[*no. I*]bi relictis [32 *Ulpio Sote*]re cos. designato, Pollieno [*Auspice* 80
25 ceteri XV viri praetextati [*que*]m quisq[*ue locum sortitus est,* 35 *ibi in tribunal ascenderu*]nt et suffimenta populo div[*iserunt* 80

---

13 F (vel T) ////// FVSCVS.

18 ·A CONVENIATIS.

22. 23 sic: VII · KAL · IVN | IMPP
N I O | \ · SVFFIMENTA

26 *S*]everus et Antoninus Au[*gg. nn.*] / / / / [40]eoru[*m* 10]et suff[*i*-*menta populo diviserunt* 80

27 ///ant suffimenta divi[*serunt* 150

28 *L. Sep*]timius Severus Piu[*s* · 150

29 12 *Nonius Mu*]cianus, Au 150

III (ed. Rom. tab. E fr. VI. VII. VIII et tab. H *M* 1).

1 [*Fulvius*] Gran[*ianus* 160

2 Pompeius Rus[*onianus mag.* 140]o / / / m[16

3 a VIIII in XII C[140 *C*]assius M[*arcell*]inus [//////

4 nes, Ulpius Sot[*er cos. desig.* 140]manus[ ]omus cum [*p*]opu-

5 lo plebeiq[*ue* 140]us aebornis religionis

6 causa in ea[130]no[6]applicasset, Severus

7 tunc pra[*eit in haec verba:* 130 *Iuppit*]er [*optime m*]axime, Iuno regina,

8 bone pulch[*er*] Apo[*llo* 130]iqu[7 *pie*]ntissimosque

9 habeatis et libent[*er* 130] / / / [*Iuliae*] *A*ug. matri castror.

10 reique publicae[130]os[10 *procu*]raverunt

11 Inde ad tribunal proc[*esserunt* 130]ca[10 *in tri*]bunali ad-

12 scenderunt et '[130]aris m[11 *magist*]ratibus eques-

13 tre ordin / ' [130]in coru[10]ositis

14 Inde XVvir m[130 *trib*]unali ad[*scenso f*]ruges quae a po-

15 pulo plebe m[130 *Pompei*]us Ru[*so*]nian[*us*] magister Tarentum

16 lustravit s[130 *lus*]trandi piandique saecularis sacri

17 ludorumqu[*e causa, qui edentur imp. Caes.* 130 *L. Septimio Severo Pio Pertinace Aug. Arab. Adiab. Parthico maximo et imp. Cae*]s. M. Aurellio Antonino Pio Aug. / /

18 / / / / / / [130 *quod faus*]t. felix salutaraeque sit

19 Imp. Caes. L. Septim[*io Severo Pio Pertinaci Aug.* 130 *Arab. Adiab. Parthico maximo et imp. Caes. M. Aurellio Antonino Pio Aug.* / / / / / /] quorum iussu mandatuque hanc

20 rem divina[*m* 130]i possint lustre/////is purgetis

---

26 sub ET v. 25 cernitur ᴦORV.

27 sub SVFF v. 26 vestigia incerta ''.

III Fragmentum ed. Rom. VI prima versuum elementa continens et VII continens postrema quomodo ordinanda sint, apparet; pervenit illud ad v. 1—91, hoc ad v. 2—35 et in frustulo separato ad v. 39—43. Denique ad v. 77—80 Huelsen et Vaglieri viderunt adiungendum esse frustulum paucarum litterarum ed. Rom. tab. H *M* 1. Ex parte media videtur superesse fragmentum editionis illius VIII secundum eosdem relatum ad v. 75—85.

5 vestigia I\ supra NO v. sequentis.

20 LVSTRE//⁻ (vel I)ᴦ////IS

21 quam optim[*e* 130]*/ / / / / / /* imper[4]su//ique

22 eorum lus[*tr* 130]us ius fas meliusque fuit h[*unc*] locum

23 lustrari p[132 *o*]ptimoque ritu ab omni conta-

24 mination[*e* 132]mo Aug. */ / / / / / / / / /*

25 imperio[132 *vac. l.* 20]

26 Imp. Caes. divi[*Marci Antonini Pii Germanici Sarmatici f., divi Commodi frater, divi Antonini Pii nepos, divi Hadriani pronepos, divi Traiani Parthici abnepos, divi Nervae adnepos L. Septimi*]us Severus Pius Pertinax

27 Aug. Ar[*ab. Adiab. Parthic. max. et imp. Caes. M. Aurellius Antoninus Pius Aug. / / / / / / / imp. Caes. L. Septimi Seve*]ri Pii Pertinacis Aug. Arab.

28 Adia[*b. Parthici maximi filii, divi Marci Antonini Pii Germanici Sarmatici n., divi Antonini Pii pron., divi Hadriani abn., divi Traiani et divi Nervae adn. cum ceter*]is [*XVvir*]is [*s.*]f. dicunt *vac.* 10 *l.*

29 Ordinem[120 *c*]ommu[4]pasioc// populi

30 Rom[*ani* 120 qui praece[8]o susce-

31 per[120 *in tribunali*]bus suis dist[*r*]ibu[3]prae-

32 tex[*tat* 125 ·ctis secunda pe[3]am

33 sacr[125 *M*]arcelli porticum

34 tio[130 *rip*[am Tiberis laurum

35 cii[135 *virginibus Vesta*]libus Numisia

36 Ma[*ximilla et Terentia Flavola* 145

37 an[145

38 Iuppiter[*optime maxime* 145

39 da[140] Aug.

40 po[*nt. max.* 140]motor

41 um[140 *uti*] vobis

42 in i[*llis libris* 140 *i*]mpe-

43 riu[m 140 *p*]ace

44 ta[145 *imperium maiestatemque P. R. duelli domique au-*

45 xit[*is* 145 *et uti huius sacrifici accep-*

46 tric[*es sitis* 145

47 haru[*m rerum ergo* 145

48 et in[145

49 tri[145

50 tiae[145

51 In omni[145

52 Moerae uti v[*obis in illis libris scriptum est* 145

53 p. r. Q. XVv[*iris mihi domo familiae* 145

54 additis in[145 *uti huius*]

---

29 ƆMMV///ƆASIOCTT POPVLI.

55 sacrifici[*acceptrices sitis* 145 *harum rerum ergo macte hac*
. . . *immolanda estote*]
56 fitote vo[*lentes propitiae p. R.* 145 *Pom-*]
57 peius Rus[*onianus magister* 145 *Ulpi-*]
58 us Soter c[*os. desig.* 145
59 Severus m[145
60 non erat[145
61 structi[145
62 vem quae[144
63 rum arg[143
64 haec verba[142 *per-*]
65 vigilium c[141 *Iulia Aug.*]
66 coniuge im[*p.* 140
67 isdem verbi[*s* 145
68 prout quis f[145
69 in ara lignea[145
70 Aug. sumpta t[145
71 catione ita pr[*recatus est*: 158
72 um maiestat[*emque populi R. Q.* 160
73 dexteram hos [159
74 acceptor sis bo[157
75 tiam iussit qu[17 *p*]ro sal[*ute* 135
76 et in secundo [18 *quindeci*]m vir. pur[135
77 tus est *vac. l. 2* Iup[*piter o. m. uti tibi in il*]lis libris scrip[*tum est* 30] i libi[95
78 mihi domui f[*amiliaeque* 20]ius obtemper[25] mox har[*usp*]icatione i/i [95
79 pulchr[*o*]rum [20]ro pilum de fron[*te*] hos[*tiae*] secavit [*et ac*]cita corona praeeunte Antonino A[*ug* 95
80 30]onis dandis esto fito volens propi[*t*]ius p. R. Q., XVvir. collegio, mihi domui fa[*miliae* 95
81 30]ibus per publicos collegi suscepit ternaque aram adsparsit. Deinde inc[95
82 30]re imperavit his verbis: impero vobis aquam integram petatis, qua divis[95
83 35] boum pulchrorum immola[*ndorum* 20]u coronis 95
84 35]o splanchna redder[*e* 25 *i*]ta pr[*ecatus est?* 95
85 35 *spla*]nchna. *vac. l. 4* Ibi m[130
86

68 fin. F vel H.
76 PVR\A videtur esse in lapide.
78 fin. I[illegible].
81 in. \PIBVS.

87 e[159
88 se[158
89 qua[157
90 vo[156
91 t[159

IV (ed. Rom tab. F fr. IX et tab. H, *H*.

1 125 •]d q[55
2 120]a in ara / [52
3 10]aqua sparsa[90]non erat, adscenderunt [50
4 6]d sellisternia sua o[80]praetextis sumptis et coronis[50
5 *praeeun*]te Antonino Aug. filio [15]sque rem divinam fece[*ru*]nt ad[7 27]br(?) exta adsistentibus G[*eta Caes.*] et pr. pr. et ceteris v. [50
6 13]iva cultrum op[6 *p*]otorium et pateram cum vino retinente praecatione / / / / / / / / / / immol[*avit I*]unoni reginae vaccam alb. Graeco Achivo rit[*u* 60
7 35 *u*]ti tibi bove femina pulchra sacrum fiat, te quaeso precor[*que*] uti 95
8 [*postquam*] Iovi o. m. inter [*lucos? sac*]rificaverunt cum Auggg. Fabius Magnus, Aiacius Modestus, ib[*i religio*]nis causa epul[*ati sunt* 40 *cum*
9 *XV*] viris ante cellam Iunon[*is regin*]ae venerunt ibique Severus Aug. Iuliae Aug. matri castror. con[*iugi Aug. et*] matronis CX [40 *adstantibus Numisia*]
vac. 4 l
10 Maximilla et Terentia F[*la*]vola [*v*]irg. Vest. praeit in haec verba: Iuno regina, ast quid est [*quod melius*] siet p. R. [*Q., permitte, uti oremus te matres familiae CX* 30 *p. R.*] Q. nupt[*ae obse-*
11 cremusquae, uti tu im[*peri*]um maiestatem[*que p. R. Q. du*]elli domique auxis utique semper Latinu[*m nomen tueare* 55 *faveasque*] p. R. Q. legionibu[*sque*
12 p. R. Q. remque publicam p. R. Q. salvam serve[*s* 11]faxis sisque volens propitia p.[*R. Q., XV viris s. f., nobis domibus familiis* 60 *Haec matres familiae CX*] p. R. nuptae genib[*us nixae*
vac. 6 l.
13 precamur o[*r*]amus obsecramusque. [12 *m*]atronae Fl. Pollitta Manili[65] Atili Severi, Rufria[. . . . . *Cal-*]

---

4 SVAOL vel OD lapis.

5 ~~..BREXTA~~ lapis.

..SI supra O·M versus sequentis, ..V.. infra CVLTRVM v. praecedentis.

8 'IB videtur esse post MODESTVS' Huelsen. — Ad v. 8. 9. 10 adiunxi parvum fragmentum ad Rom. tab. H, *H*: || *nis causa epul* || *matronis cx* || *siet pr* ||

14 purn[*i* . . . .]mi, Statilia M[5]aru[13]nia Laeta Enni Marcian[*i*, 60 *C*]aecili Aristonis, Ve[8

15 tu[8]ia Pia Tib. P[20 *A*]viti, Lu[5]clia[65 *P*]onti Paulini, Maci[8

16 9 *Ma*]urici, Fufid[*ia* 100 D]emetri, Crepere[*ia* 12

17 125]Pontia Paulina[12

18 125]nis, Cl. Eudaem[12

19 125]ia Atti Rufin[*i*, 12

20 125]Festi, Postumia[12

21 125]a Calpurni Front[12

22 125]ensia Polla Ci[12

23 125]a Ca[3]iu[15

V (ed. Rom. tab. F fr. X).

1]illa Valeri C / / ci

2]ucu//i, Iulia Taria Strat[

3]nia / / / / /ana Ulpi Pompeian[*i*], Domitia Flaccilla[

4]i, Ta///a Cornelia Asiana Nummi Faustiniani, C[*l*.] Dryantilla Plato[*ri*

5]Virbiana Flavi Drusiani, Caesennia Tusidiana Livi Rogati, Claudia Vi[

6]Campani trib., Octavia Athenais Flavi Clementis trib., Semproni[*a*

7]ini primi pil., Aelia Gemellina Armeni Iuliani, Antonia Tironilla Iuli Max[*im*

8 *sellistern*]ia eodem more per easdem matronas habita *vac. l.* 8 Item XV viri s.[*f*.

9]onus pr., Aiacius Modestus, Ofilius Macedo, Nonius Arriu[*s*] Mucianus[

10 *Sae*]vinius Proculus, Fulvius Granianus q. Augg., Gargil[*ius*] Antiq[*uus*]

11 *sacrificio Terrae matri oblato publi*]co interfuerunt. *vac. l.* 8 No[ ]c

12]cinni[

VI (ed. Rom. tab. C fr. III pars prior).

1] quod ˙cu//m hoc et [

2]ulisset ad//iprae au[

3 *M*]artias edi[*ct*]um proposi[*tum est in haec verba* 35] *vac. 6 l.* [25

IV, 15 post VITI aut IV aut LV.

VI Fragmentum ab editoribus Romanis collocatum in fine fragmenti nostri primi Huelsenus et Vaglierius fabri Bernardini sollertia admoniti nuntia-

4 *Imp. Caes. divi Marci Antonini Pii Germanici Sarmatici f., divi Commodi frater, divi Antonini*] Pii nep., divi [*Had*]riani pron[*ep., divi Traiani Parthici abn., divi Nervae adn. L. Septimius Severus Pius Pertinax*

5 *Aug. Arab. Adiab. Parthicus max.* 46 *et imp. Caes. M.*] Aurellius An[*toninu*]s Pius Au[*g.* 40 *imp. Caes. L. Septimi Severi Pii Pertinacis Aug.*]

6 *Arabic. Adiab. Parth. maximi f., divi Marci Antonini Pii Germanici Sarmatici nep., divi Anto*]nini Pii pronep., [*divi Hadr*]iani a[*bnepotes, divi Traiani Parthici* 60 *et divi Nervae adnepotes cum ceteris XVviris s. f. dicunt*]

7	60	]m providentia[	10	]cta[	65
8	60	]rum ea quae it[	30	] . . . [	65
9	60	]a sit ut in [	80		
10	60	]o primum [	80		
		vac. 5 l.			
11	60	] [	80		
12	60	] deum [	80		
13	60	] mura [	80		
14	65	]n[	80		

VII (ed. Rom. tab. G fr. XI).

A

1 /ııı m[
2]a sua sicuı[
3]s Maximus, ' , [
4]'anus, Umbilius[
5]ulanius Baebius M[
6]lia Crispina Arri Ant[
7]Maxima Iuniana Flavıı[
8]Nepotiana, Domitia Diotim[
9]erunt in theatro ligneo lud[
10]u Augg n̄n̄. et Getae[
margo

B

ıııbus suis ıı
margo

---

verunt propter litterarum parvitatem et deformitatem nullo modo eo loco posse fuisse, sed pertinuisse ad anticae partem imam eo collocatum fere loco ubi nunc editur.

VII Utrumque fragmentum olim collocatum fuisse in cippi anticae parte extrema efficitur ex margine qui infra cernitur.

VIII *A* (ed. Rom. tab. G fr. XII).

1 22 *cur.*] alv. Tiber., Saevin[*ius Proc*]ulus, Fulvius Fusc[*us Grani*]anus q̄. Aug[*g.*,

2 22 *Ulpius Sote*]r cos. desig.; in odeo [*Pompeius*] Rusonianus magist[*er*, *Vetin*]a Mamertin[*us*,

3 20 *Cassius Piu*]s Marcellinus q̄. d[*esignatu*]s, Crescens Calpur[*nianus*; *i*]n theatro [6

4 20 *onu*]s pr., Aiacius Modest[*us*, *Ofilius*] Macedo, Nonius Arri[*us Mucia*]nus *vac. l.* 4 [

5 *edictum pr*]opositum est in ha[*ec verba*:] *vac* 6 *l.* Imp. Caes. di[*vi Marci Antoni*]ni Pii Ge[*rm. Sarm*

6 *filius, divi Commodi frate*]r, divi Antonini Pi[*i nep.*, *di*]vi Hadriani pronep[*os*, *divi Traia*]ni Parthi[*ci*

7 *abnepos, divi Nervae adnep*]os L. Septimius [*Severus Pi*]us Pertinax Aug. [*Arab. Adia*]b. Parth. m[*ax.*

8 *pont. maximus*, *trib. potesta*]t. XII, imp. XI, cos. II[*I*, *p. p. et im*]p. Caes. M. Aurelli[*us Antoni*]nus Pius Au[*g.*

9 *trib. pot. VII*, *cos. !!!! imp. Caes.* 25 *L. Septimii Severi*] Pii Pertinacis Au[*g. Arabici A*]diab. Parth. [*max. f.*,

10 *divi M. Antonini Pii Germ. Sarm. n*]epot., divi AntoniniPii pr[*onep.*, *d*]ivi Hadriani a[*bnepot.*. *div*]i Traiani

11 [*Parthici et divi Nervae adn. c*]um ceteris XVvir. s. f. dic. Cum[5] Iun. proximas [9 *p*]orcum m

12 30]die ne quis dissignator eu[*m* 4]s ea loca duxi[*sse velit pr*]oponi v[

13 30]ᴾem theatris ludi honor[*ari* . *pr*]aeside[9] sicut supr[*a*

14 36] *!!!!!!!* cum pr. pr. [6] XVvir [9] e e Palatio [

15 40 *p*]ulvinar prae[6] *!!!!!* [9] sistente imp [

16 40]uerb. f[10] a pa[9]ra pulvinari[

17] ᑊı [12 *po*]rc[*um*, *Iunoni*] Reginae vac[*cam*

18]m porcum [

19]molavit im[

20 *aeb*]orneos r[

21]fes[

22]i sa[

23] pueı[

VIII in latere cippi collocatum fuisse efficitur ex versibus multo brevioribus; lapidis autem pars non scripta quae cernitur supra scripturam ostendit tenuisse haec fragmenta in latere locum summum.

9 vestigia talia ◠ıᴦ sub COS II v. 8.

13 traditur ᴛAESIDI.

24] idem[
25]mfius [
26 *si*]cuti ti[
27] Fuscu[*s*
28]men[(?)
29]isi[
30] ' [

VIII *B* (ed. Rom. tab. H, *C*).

1]ian[
2 *Ma*]rcelli[*nus*
3 Vetina Mamer[*tinus* [
4 s[6]es aeborneі[*s*
5 q[6]circum vener[
6 so[6 *ex*]uvias in pulvinari lΛı[
7]d / / / / / cus mediis pulvin[

IX (ed. Rom. tab. H, *A*. *B*).

1			]us i[
2	]emi[	35	]ityrus, Do[
3	]s Regu[	30	] Marcius Vic[
4	] Virius [	25	]Musiarcus, Iunius [
5	]Rosc[	20	*C*]ornelianus, Clodius Marc[
6	]rus, Numit[	12	]nus Aper, Ocratius Titianus, [
7	]us, Bassaeu [s	10	]anus, Alfius Maximus, Sue[
8	]s Silianus, Cu[	8	]atianus, Flav[ ] ce[
9	] Placidus, [	8	*Ma*]rcellinus, M[
10	] omin[	16	*Ne*]ratius Priscu[*s*
11	]i *vac. l. 2* Ba[	12	]us, Vettiu[*s*
12	] Licini [	15	*e*]q. R. fil. C.[
	spatium		*spatium*

VIII *B* admodum crassum (75 cent.) adiunxi ad VIII A propter argumentum.

IX Fragmenta haec duo amici Romani monuerunt iuxta posita fuisse et in cippi quidem latere loco imo.

Accedunt fragmenta minora in ordinem supra formatum non recepta. In editione Romana ea sunt in tabula H, scilicet 1 = I — 2 = L — 3 = M 2 — 4 = M 3 — 5 = M 4 — 6 (in lapide naturae diversae) = N. 7. 8 in eam non sunt recepta.

1	*2*	*3*	*6*		*7*
1 IOI	1 ᴗ	emq	]ando		∖um
2 orem	2 lum	*4*	]		
3 ı ı	3 is cons	ri	pe	*margo*	*8*
	4 ıcibus c		]diupi		ne
	s				
	5 oct	*5*	]nc / t		
			?		
		L	]uro		
		es			

Acta collegii, nisi decipiunt quas habemus reliquiae, magis in edictis versantur quam in collegii decretis, videnturque illa passim ita referri, ut decretum a quo pendeant praetereatur. Quocum aliquatenus convenit edicti forma mutata: scilicet cum in actis Augustis *XVviri dicunt* (supra p. 244), hic Augusti duo et Caesar *cum ceteris XVviris s. f. dicunt* (ita plane VIII*A*, 5—11 eodemque ducunt vestigia reliqua, ut III, 26—28), quo rerum publicarum mutatio clare indicatur. Eodem referemus quod senatus ludos non tam faciendos decernit quam petendum ab imperatoribus ut faciant (I, 28), magister Tarentum lustrans ait rem divinam facere se *iussu mandatuque* imperatorum (III, 19).

Convenit collegium *in Palatio in aede Apollinis* (I, 49. II, 7).

Magistri collegii annui cum Augusti aetate quinque numero essent (supra p. 243), sub Severo unus collegio praefuit.

Numerum collegarum eatenus tantummodo licet definire, quod sacris adfuerunt sacerdotes connumeratis Augustis duobus et Geta Caesare circiter quattuor et viginti, qui sunt hi, senatorii ordinis omnes, unde etiam dicuntur *c. c. v. v.* (I, 26. 29), licet qui inter eos est quaestor designatus Cassius Pius Marcellinus, sententiae ferendae ius eo tempore non habuerit. Adieci locos ubi iidem praeterea nominantur, usus in ea re adiutorio Hermanni Dessau.

Aiacius Modestus II, 9. 12. IV, 8. V, 9. VIII, 4.

Q. Aiacius Modestus c. v. in fistula urbana (Lanciani *acque* n. 163; Borghesi opp. 4, 185); *Q. Aiacius* [*Mo*]*destus Crescentia*[*nus*] *leg*(*atus*) *G*(*ermaniae*) *s*(*uperioris*) inter a. 209 et 211 (Grofskrotzenburg C. I. Rhen. 1432 collato Zangemeistero *Rhein. Jahrb.* 75 p. 141).

Atulenus Rufinus I, 50. II, 9. 12.

Au . . . . II, 29.

Cassius Pius Marcellinus quaestor desig II, 10. [C]assius M[arcell]inus III, 3. .....s Marcellinus q. d.... VIII*A*, 3. ...rcelli... IX*B*, 2.

L. Cassius Marcellinus leg. Aug. pr. pr., cos. des. (Aquinci *arch.-epigr. Mitth. aus Oestreich* 14, 68 = C. III S 10470).

Cocceius Vibianus II, 9. 14.

Sex. Cocceius Vibianus procos. provinciae Af. (in Byzacena, C. VIII, 84); *Sex. Cocceius Vibianus XV[vi]r proc. p. A.* (Romae *Bull. comun.* 1873 p. 71; vidit Huelsen).

Crescens Calpurnianus I, 50. .... rnianus II, 10. Crescens Calpur... VIII *A*, 3.

M. An[tius] Crescens Calpurnianus ... procos. prov. Maced., XVvi[r s.] f. (Romae C. VI, 1336; cf. Dessau eph. ep. 7 p. 355); *M. Antius Crescens Calpurnianus v. c. pontif. Volkani et aedium sacrar.* a. 203 (Ostiae C. XIV n. 324. 325).

Fabius Magnus II, 9. IV, 8.

M. Fabius M. f. Quir. Magnus Valerianus ... XVvir s. f. (Clusii C. XI, 2106).

Fulvius Fuscu[s Grani]anus q. Aug[g.] VI *A*, 1; Fulvius Granianus q. Augg. VIII, 10; [Fulvius] Gran[ianus] III, 1; F[ulvius] Fuscus II, 13; .... Granianus q. Augg. IV, 11.

Gargil[ius] Antiq[uus] V, 10.

Cognomines viros, avum fortasse et patrem, reperies C. III S, 7394.

Manilius Fuscus II, 9; ..... s Fus[cu]s I, 6 mag. collegii (a. 203) [hic potius quam Fulvius Fuscus]; .. Fuscus? VIII *A*, 27.

Legatus Aug. Daciarum a. 191 (C. III, 1172); *cos. II ord.* a. 225.

Nonius Arrius Mucianus V, 9; Nonius Arri..... nus VIII *A*, 4; Nonius Mucianus II, 12; ...... cianus II, 2; ... us M... III, 9(?).

M. Nonius M. [f.] ... Arrius Mucianus cos. (ord. a. 201), *XVvir sac. f.* Veronae C. V, 3342.

Ofilius Macedo V, 9; .... lius Macedo II, 13; .... Macedo VIII *A*, 4.

Ofillius Macedo in fistula urbana (Lanciani *acque* n. 504); equestris dignitatis vir cognominis in titulo Nicopolitano C. I. Gr. II p. 983 n. 1813 *b*.

[Poll]ienus Auspex II, 9; Pollienus ... II, 24.

A. Poll(ienus) Auspex legatus Moesiae inferioris imperante Severo (Ἀ. Πολ. Αὔσπικος vel Ἀ. Πολλ. Αὔσ. in eius provinciae nummis Borghesi opp. 2, 232; *Zeitschrift für Numismatik* 11 p. 44); *Pollenius Auspex* frater Arvalis imperante Commodo (Henzen Arv. p. CXCIII); Ἄσπαξ patruus Pollenii Sebenni (apud Dionem 76, 9). Cf. *Ti. Iulius Pollienus Auspex* (C. VIII, 2743).

Pompeius Rusonianus mag. a. 204 II, 4. 6. 10. III, 2. 15. 56. VIII *A*, 2.

Pompeius Rusonianus cos., XVvir sacris faciendis (Gabiis C. XIV, 2790); *Iulius Pompeius Rusonianus* (fistula urbana *Bull. comunale* 1887 p. 9).

[Sae]vinius Proculus V, 10; Saevin[ius Proc]ulus VIII *A*, 1.

Saevinius Proculus trib. laticlavius in titulo a. 199 C. VIII, 2437.

Salvius Tuscus II, 12.

Ulpius Soter cos. desig. II, 10; ... r cos. designatus II, 24; Ulpius Sot.. III, 4; .. us Soter c... IV, 58; ... r cos. desig. VIII *A*, 2.

Venidius Rufus [cura]t. albei [Tiberis] II, 10; .... [cur.] alv. Tib. VIII *A*, 1.

Q. Venidius Rufus leg. Augg. pr. pr. praeses provinciae Syriae Phoenic. a. 198 (C. III, 205. III S 6723).

Vetina Mamertinus II, 13; ... a Mamertin .. VIII *A*, 2; Vetina Mamer ..... VIII *B*, 3.

Cf. L. Vetina Priscus C. III, 430.

.... onus pr. V, 9; ... s pr. VIII *A*, 4.

... rom ... I, 50 (?).

... manus III, 4 (si huc pertinet).

... nes III, 4

Publicorum collegi mentio fit III, 75.

Imperatorum duorum nomina solita sunt nec variant: scilicet pater dicitur *imp. Caesar L. Septimius Severus Pius Pertinax Augustus Arabicus Adiabenicus Parthicus maximus*, filius *imp. Caesar M. Aurellius* (sic semper) *Antoninus Pius Augustus*, nisi quod in epistularum inscriptionibus post duo nomina adscribitur tantummodo *Pii Augg.* (II, 2. 5) et interdum ea breviantur, ut II, 22. 26: *impp. Severus et Antoninus Au*[*gg.*] et IV, 9: *Severus Aug.* et III, 6: *Severus* et III, 73. IV, 5: *Antoninus Aug.* et I, 21: *Antoninus.*

Pater Severi, avus Antonini appellatur *divus Marcus Antoninus Pius Germanicus Sarmaticus* (sic fere VIII *A*, 5, unde supplendi sunt alii loci VI, 4. 6 cet.). *Divi Commodi frater* in Severo passim adest. Maiores reliqui adscribuntur more solito.

Tribunicia potestas in patre, quae est XII conveniens cum anno 204, enuntiatur I, 3. VII *A*, 8, in filio, quae est VII, enuntiatur II, 16, omittitur I, 4, ubi adest in patre.

Imp. XI in patre adicitur VIII *A*, 8, omittitur I, 3.

Cos. III in patre adicitur VIII *A*, 8, omittitur I, 3; *cos.* in filio adicitur II, 16, non enuntiatur *cos. des. II.*

Pontifex maximus in patre non superest nisi uno loco III, 40; *pater patriae* pater appellatur I, 27. II, 16; *fortissimus felicissimus* I, 27 (cf. I, 34). *Proconsul* nusquam adscribitur ideo quod per hos annos imperatores morabantur Romae [1]).

Getae Caesaris nomen, quod plene videtur fuisse *L. Septimius Geta nobilissimus Caesar,* scalprum non effugit nisi uno loco in versu anticae extremo VII *A*, 10: *Augg. nn. et Getae ...*, praeterea *G* ... erasum dignoscitur IV, 5. — Uxor Severi est *Iulia Aug. mater castrorum* III, 9. IV, 9.

Magistratum si qui sacerdos simul gerit, is ad nomen eius adscribitur ita fere ut fit in actis fratrum Arvalium (Henzen p. VI). Ita hic habemus non solum consulem designatum et praetorem, sed etiam quaestorem Augustorum, quaestorem designatum, curatorem alvei Tiberis. — Magis memora-

---

[1]) Arcus Severi dedicatus Romae eodem anno (C. VI, 1035) item proconsulatum tacet, quem habent tituli positi anno qui praecedit C. VI, 1033. 1034.

bile quod hic legitur IV, 5 sacrum factum esse, ab imperatoribus omnino, *adsistentibus G[eta Caes.] et pr(aefecto) pr(aetorio) et ceteris v[iris clarissimis?]*, nam ita videtur solvendum esse, non *praefectis*, cum quod, hoc si significare voluissent, perscripsissent vel certe *praeff.* dedissent, tum quod probabile est Fulvium Plautianum, quem interemptum esse non a. 203, sed a. demum 205 ineunte Bormannus docuit (*Bull. dell' Instituto* 1867 p. 217), eo tempore solum praefecturam tenuisse (Hirschfeld *Verwaltungsgeschichte* I p. 230). Fastigium Plautiani luculenter indicatur hac eius cum Caesare Geta quodammodo aequiperatione, fierique adeo potest, ut in ipso exordio nomen eius adfuerit (vide ad I, 4. 5).

Ludi saeculares celebrati a. 204 cum Censorino c. 17 sint octavi, in actis (I, 1. 17) appellantur *septimi*, recte omnino exclusis quos Censorinus admisit Claudianis utpote ab alio cardine ductis (supra p. 238). Institutio illorum ludorum in relatione XV virum refertur solita ratione ad annum urbis *[CCL]XXXXVII M. Valerio Spurio Ve[rg]in[io cos.]* (I, 14), quae est computatio Varroniana, eandemque secuti XV viri annum, qui ludos praecessit, appellant *nungentensimum quinquagensimum sextum* (I, 13). Ab institutione ludorum ad septimos hos item numerant annos DCLX (I, 15).

His in universum praemissis videamus, quantum admittit reliquiarum exilitas, de singularibus et primum quidem de exordio eo magis memorabili, quod cum deficiat in actis Augustis, hic quamquam pessime truncatum tamen aliquatenus superest.

Ut fiant ludi, collegium postulat a senatu, ad quem rem pertinere supra p. 244 declaravi. Decernit is de ea re anno qui ludos praecedit 203 (nam *anno sequenti* edi iubentur I, 28) ante diem Aug. 14 (id requirunt quae supersunt ex die senatusconsulti facti I, 5 *prid ///////// ias* vel *tas*).

Senatusconsulti forma longe recedit ab ea, quae etiam sub imperatoribus ad Pium usque obtinuit, quamquam quae facta sunt sub Hadriano de saltu Beguensi (C. VIII, 270) et sub Pio de Cyzicenis (C. III S 7060) iam ad hanc declinant; id quod nuper ad Italicam repertum est factum de gladiatoribus extremis annis imp. Marci (Eph. VII p. 385 seq.) quatenus pervenit (desunt enim et prima et postrema) tam ad formam sub Pio usurpatam applicari potest quam ad hanc in senatusconsulto de ludis saecularibus observatam. Scilicet absunt a nostro testes ad scribendum adhibiti, quos habent duo senatusconsulta illa; absunt formulae sollemnes: *quod verba facta sunt* et *quid fieri placeret, de ea re censuerunt* item ibidem retenta; abest adeo, nisi omnia fallunt (neque enim I, 48 quicquam fuit post extrema verba sententiae), ipsum senatus decretum. Quae remanent relatio et sententia perscribuntur utraque verbis directis; illi praescribitur (I, 5. 6): *XV v[ir]i s. f. an[te] suggestum a[m]plissim[orum consulum consti]terunt, ex q[uibus Maniliu]s Fus[cu]s mag. collegii ex libello [l]egit*, huic (I, 25): *adque* (= *atque* potius quam = *ad quae*) *ita Calpurnius Maximus* [*v. c.*?] *ex manuario* (= ἐγχειριδίῳ) *legit*. Viam ad hanc scribendorum decretorum formam parat iam senatusconsultum illud de saltu Beguensi descriptum scilicet *ex libro sententiarum in senatu dictarum*, quamquam ipsum non sententiam proponit, sed decretum; parat etiam magis

alterum de Cyzicenis, quippe in quo post testes pergatur: *sententia dicta ab Appio Gallo cos. des.*, quam verisimile est (nam sequentia desiderantur) perscriptam fuisse verbis directis, sicut perscripta certe est in Italicensi non habenti nisi partem sententiae. Solam sententiam, eam scilicet, quam senatus secutus est, referri inde confirmatur, quod inter se respondent loci duo de feriis servandis nominibusque reorum abolendis, prior I, 29. 30 pertinens ad causarum expositionem (*cum res ita se habeant*), posterior I, 44—46 ad decreti postulationem (v. 47 *censeo*), quorum cum prior in primae sententiae principio positus sit, secundus extremum fere locum in eadem teneat, adsensui ceterorum enuntiando locus nullus remanet.

Collegiis sacerdotum ius fuisse nuntiandi in senatu et verba ibi faciendi alibi exposui (*Staatsrecht* 3, 959). Faciunt id stantes ante consulem (l. c. 3, 960 n. 2).

Calpurnius Maximus, quem apparet primum sententiam dixisse, praeterea opinor ignotus quo iure id fecerit, ex iis quae habemus non apparet. Verisimile est ea aetate ex consularibus eum primam sententiam dixisse quem consuli praesidenti primum rogare placuisset (*Staatsrecht* 3, 976); fieri potest, quo ducit senatus consultum de Cyzicenis, ut is secundum antiquam consuetudinem primum rogarit potissimum consulem aliquem designatum et hac designatione iam quodammodo receptum inter consulares. Sed post nomen utrum in lapide fuerit *v. c.* an *cos. des.*, ignoratur.

Legit de scripto tam is qui verba facit quam qui sententiam dicit. Id quamquam in sententia certe non raro libera etiamtum re publica evenit (*Staatsrecht* 3, 980), hac aetate fortasse legitimum factum est itaque supersederi potuit aliquatenus opera notariorum.

Quamquam meliore aetate in curia sellae curules consulum ut ipsae supra subsellia eminebant, ita in plano videntur collocatae fuisse, certe neque alibi neque in narranda caede Caesaris dictatoris tribunalis intra curiam ulla mentio fit, iam ex hisce actis intellegitur aetate imperatoria consulum sellas duas collocatas fuisse in *suggestu,* idemque nunc videmus significari ubi Tacitus ait ann. 16, 30 reos stetisse *ante tribunal consulum*; quae verba antea non recte interpretatus sum (*Staatsrecht* 3, 932). Eodem item referemus quod Florus 2, 13 inter honores extraordinarios Caesari dictatori tributos *suggestum in curia* nominat; nam quamquam de Caesare erravit, cum Suetonius Caes. 76 in simili loco *sedem auream in curia* nominet, recte consuetudinem liberae rei publicae opposuit ei quae iu usu fuit aetati imperatoria. Gaium itaque cum reprehendit Dio 59, 26 propter *βῆμα ὑψηλὸν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, ὥστε μηδένα ἐξικνεῖσθαι,* non tribunal ipsum ei exprobrat, sed tribunalis altitudinem.

Quae proponuntur senatui decernenda, tralaticia omnia esse ostendit comparatio actorum Augustorum, neque multa suppeditant notabilia. Decerni potissimum de sumptibus cum ludorum (I, 23. 29) tum capite alio commentarii incidendi (I, 47. 48) consentaneum est. Sumptus etiamnunc facit *aerarium populi Romani* (I, 29) vel hac aetate a fisco diversum et a senatu administratum. Quod fiunt *communi* e[*xpensa*] (ita enim magis supplendum

I, 23 quam *communi e*[*x aerario*] transpositione a legitimo sermone aliena), non *publica,* inde videtur explicandum esse, quod, ut ait Ulpianus (Dig. 50, 16, 15), *bona civitatis abusive publica dicta sunt, sola enim ea publica sunt quae populi Romani sunt,* et lex Malacitana quoque data sub Domitiano paucis locis exceptis quae civitatis eius sunt, non publica dicit, sed *communia* (v. commentarium meum p. 457). Haec si recte posuimus, imperante Severo non re solum, sed etiam iure publico urbs Roma desierat populi Romani locum obtinere exaequata civitatibus reliquis; id cum notum sit ita se habuisse secundum ordinationem Diocletianam, admodum notabile est sic saeculo certe anticipari. — Decernuntur sumptus *in annum* (I, 23), scilicet proximum, nisi vocabulum id simileve excidit. Summa cum non videatur in ipso decreto determinata fuisse nec magis editoribus ludorum nominatim attributa, fortasse id ita accipiendum est XVvirum collegio vel potius Augustis duobus et Caesari hoc decreto permitti, ut quam summam vellent ad eam editionem ex aerario acciperent.

Praeter sumptus decernitur de feriis per ludorum dies servandis (I, 29. 44), qua de re supra p. 272 diximus; de luctu feminarum minuendo (I, 30), quod item antea (p. 272) tractavimus; de abolitionibus, quo pertinent haec:

I, 29. 30: iis diebus quibus t[*am clari ludi celebrab*]untur, [*nomina quoque reo*]ru[*m*] aboleantur.

I, 45. 46 ...... a occupaverit, accus[*atori*]bus repetendi reos su[*os*] .....

II, 20: *reorum*] nomina abolenda ita, uti pos[*t d*]iem tricensimu[*m accusatoribus*] r[*ep*]etendi ius sit.

Haec satis explicat Papinianus (Dig. 48, 16, 8. 10): *Abolitio ... publice fit ob diem insignem aut publicam gratulationem ... Triginta dies repetendi rei divus Traianus utiles esse interpretatus est, ex die scilicet, quo feriae finitae sunt et senatus censuit eas dies cedere, quibus quisque reum suum repetere possit.*

Post senatusconsultum quae sequuntur, ita lacera sunt, ut ad argumenti enarrationem in universum supra p. 277 expositam pauca habeamus singillatim adnotanda.

II, 1—6.

Haec si supersunt ex actis collegii diei Apr. 15, ea recesserunt a forma solita; neque enim primo loco dies positus fuit neque adscripti sunt praesentes nec relatum est decretum. Referuntur epistulae duae imperatorum, quarum priori praescriptum: ... [*a. d.*] *XVII kal. Ma*[*ias de epistula*] *ab impp. missa act. in haec* [*verba*], alterius praescriptio intercidit; subscriptum utrique: *Pompeius Rusonianus ma*[*gister legit?*]. Epistularum scriptarum *collegis* altera XVviris diem et locum sortiendi de suffimentis dandis praefinit, ex altera intellegitur XVviros deliberantes de ludorum diebus rem reiecisse ad imperatores; id enim videntur significare epistulae prima verba: *si de is diebus et noctibus consulitis, quibus ludos saeculares ed*[*i oportebit*]. Adsumptis extremis, quae item supersunt: [*quib*]*us odoribus supplicare matronae debeant, statuemus,* colligi poterit de ea quoque re collegium ad imperatores

scripsisse eosque iam respondere de his omnibus statuendum esse ipsis praesentibus a collegio.

II, 7—14. Sortitionis diem supplevimus ex II, 3. [*Sorticulis*] *inspectis*, acta aiunt II, 11, *et in urnam missis sors habita est*, ubi sors est ipsa sortitio praeter consuetudinem. In fine II, 14 post *sortib*[*us ductis*] quid secutum sit, parum apparet. — In reliquiis quas habemus quinque tribunalia memorantur, primum II, 11 *in Palatio Augustorum nn. quod* [*est*] .... secundum II, 12 *applicit*[*um*] ... reliquis deficientibus, tertium versu eodem [*quod es*]*t ad Romam quadratam*, quartum II, 13 *ante aedem* ..., quintum v. eodem item *ante ae*[*dem*] ...... Tribunal illud, quod primo loco nominavimus, et alibi memoratur (*Staatsrecht* 2^3 p. 983) et teste Dione 55, 22 Augustus senex plerumque ius dixit ἐν τῷ Παλατίῳ ἐπὶ βήματος προκαθήμενος. Roma quadrata in Palatino ante aedem Apollinis nota est (Becker top. p. 106. 427). In tertio tribunali cum reliquiae ostendant minimum tres ex collegio distribuendi officio functos esse, verba lacera ad eandem distributionem spectantia III, 3 *a VIIII in XII* cum de horis videantur accipienda esse, verisimile est ad exemplum vigiliarum nocturnarum singulis sacerdotibus ternas horas datas esse itaque in singulis tribunalibus quaternos sacerdotes suffimenta distribuisse.

II, 14—22.

Edictum propositum sit necesse est item die Mai. 25 utpote interpositum inter acta dierum Mai. 25 (II, 3. 7) et Mai. 26 (II, 22); habuit autem titulos imperatorum etiam pleniores quam sunt in praescriptione, cum adsint in Severo pater patriae, in Antonino tribunicia potestas et consulatus. Invitat cives ad ludos frequentandos; addit, ne quis excludatur, clausulam de abolitione reorum temporaria (supra p. 297). Praeterea propter incendia opinor potissimum admonet [*d*]*ominos urbano*[*s et .... eos quoq*]*ue qui mercede habitant in noctibu*[*s feriarum illarum ut una cum mili*]*tibus nostris circumeuntibus* [*reg*]*ionum tutelam* [*diligenter administrent*].

II, 22—29. III, 1—4.

Suffimenta XVviris subministrant imperatores adsumptis fortasse collegis quibusdam *in area aedis Apollinis.* Deinde [*i*]*bi relictis* collegis minimum duobus, fortasse ut cum opus esset distribuentibus suffimentorum supplementa suppeditarent, *ceteri XVviri* praetextati suis quisque tribunalibus populo ea dividunt. Id ubi fecerint singuli et per quas horas officio functi sint, in actis videtur perscriptum fuisse, sed reliquiae minutae cum fragmenti II extrema tum III prima parum intelleguntur, nec magis apparet, quid inter duo ea fragmenta interciderit.

III, 4—15.

Caerimoniae quae iam enarrantur videntur factae esse die alio, fortasse sequenti; in reliquiis actorum cum dies post a. d. VII k. Iun. (II, 22) nullus supersit (nam ... [*M*]*artias* VI, 3 in contrarium non adlegabitur), ipsum triduum quod fuerit, ignoramus; fieri potest, ut per eosdem dies saecularia celebrarint quos enuntiant acta Augusta. Incipiunt a precatione directa ad

Iovem Iunonem Apollinem, id est ad deos sacrificiorum futurorum diurnorum; praeit eam Severus, recitat fortasse Antoninus. Prima verba . . . *manus . . . omus cum [p]opulo plebeiq[ue]* et post multa *. . . us aebornis religionis causa in ea* et post multa *no . . . . applicasset* quo pertineant, parum perspicitur, nec magis postrema *. . . ov . . . [procu]raverunt.* Deinde ad tribunal adscendunt imperatores adstantibus *magist]ratibus et equestre ordin[e* adiectis aliis item parum perspicuis. Denique secuta est frugum acceptio: *inde XVvir(i) m . . .* et post multa *[tri]bunali ad[scenso f]ruges, quae a populo plebe m . . . .*

III, 15—25.

Die item opinor alio *[Pompei]us Ru[so]nian[us] magister Tarentum lustravit.* Formula ut in universum agnoscitur, ita restitui non potest: *S* (desunt multa) *[lus]trandi piandique saecularis sacri ludorumqu[e causa, qui edentur imp. — Severo — et imp. —] Antonino — [et Geta Caes.]*, (desunt multa) *quod faus]t(um) felix salutaraeque sit imp. [— Severo — et — Antonino — et — Getàe —], quorum iussu mandatuque hanc rem divina[m]* (desunt multa) *. . i possint lustr . . s . . . is purgetis quam optim[e]* (desunt multa) *. . . . . . [Geta Caes.] imper . . . . su . . . ique eorum lus[tr . . .* (desunt multa) *us ius fas meliusque fuit, h[unc] locum lustrari* (desunt multa) *[o]ptimoque ritu ab omni contamination[e] . . . . . mo Aug. [et Geta Caes.] imperio* (desunt multa).

III, 26—50.

Edictum incipit, sequitur praescriptio precationis; illud ubi finiat, haec incipiat, determinari non potest, nec magis utriusque ratio intellegitur. Ipsa precatio, quae incipit v. 38, videtur directa esse ad numina omnia in sacris triduanis invocata; nam incipit ab Iove. Sed et quod superest v. 41. 42 *vobis in i[llis libris]* et v. 44. 45 *[au]xit[is* et v. 45. 46 *[accep]tric[es]* ostendunt ad alios quoque deos eam pertinere. Accedit quod tempore praecedit Moerarum invocationem, a qua constat primae noctis sacra incepisse. Quam ob rem verisimile est eiusmodi tamquam exordium hac aetate ipsa triduana sacra praecessisse.

III, 51—91.

Post exordium perbreve, cuius non supersunt nisi prima elementa *in omni . . .*, sequuntur precationes sollemnes. Incipit hic quoque precatio ad Moeras v. 52—56 relata verbis directis similibus atque quae in Augustis invenimus (vide supra p. 265); sequuntur nomina XVvirum eorum opinor qui adfuerunt. Ad eiusdem noctis primae sellisternia fortasse pertinet *[per]vigilium* v. 64. 65. Quae legitur precatio altera v. 72—74 item directis verbis perscripta fortasse est diei primi; certe invocatur deus mas. — Deinde quae de immolatione relata fuerunt, si plena essent, caerimoniarum sacrarum notitiam nostram aliquantum augerent. *Haruspicationis* tam vocabulum novum est quam cum eiusmodi sacris coniuncta splanchnorum inspectio sine dubio meliore aetate ab iis aliena. Aram ter adsparsione aquae lustrandam esse alibi non inveni, quamquam Seneca in Thyeste v. 93 aras adspergi

vetat furiali malo et notum est sacrum non fieri nisi manibus lotis et victimas quoque aqua aspersas esse (Dionysius Hal. 7, 72). Pilum de fronte hostiae secandum esse etiam Vergilius significat Aen. 6, 245: *summas carpens media inter cornua saetas.*

IV, 1—7.

Sellisternia quorum mentio fit VI, 4 cum locum habeant post sacrificia diei primi, pertineant necesse est ad noctem secundam. Ilithyiis oblati sacri in nostris reliquiis nullum vestigium remansit.

Ad sacrum Iunoni reginae oblatum die secundo spectant quae supersunt IV, 5—7.

IV, 8—23. V, 1—7.

Ad sacrificium quod die secundo XVviri Iunoni reginae faciunt, adicitur secundarium Iovi oblatum et epulum XV virum. Sequitur eodem die alterum CX matronarum. Precantur coniux imperatoris et matronae reliquae imperatore praeeunte; adstant virgines Vestales duae et maxima et ei proxima (vide supra p. 267). Minora alia et obscura fere praetermisi. Enumerantur in actis hisce matronae omnes ita, ut singulis adscribatur nomen mariti casu secundo praenomine omisso praeter unum Tiberii IV, 15. Condicio maritorum enuntiatur ter, duorum tribunorum, scilicet militum, V, 6 et primipilaris V, 7.

Ex viris, quorum hic mentio facta est, unus quod sciam alibi redit, Flavius Drusianus V, 5:

> *M. Fl. Quir. Drusianus v. em.* (?), pater *Aeliae Flaviae M. f. Drusianae c. f.* (C. VI, 1414).

neque mirum id, nam quamquam adest Iulia Augusta, reliquae matronae videntur ex plebe fuisse omnes vel ad summum nuptae equestris ordinis viris. Quos praeterea eiusdem nominis homines suppeditavit mihi Hermannus Dessau prosopographiae Romanae aetatis imperatoriae editorum futurorum unus:

Atilius (potest item fuisse *Statilius*) *Severus* IV, 13

> *M. Atilius T. f. Severus cos.* [*VII*]*vir epulo*[*nu*]*m* in titulo agri suburbani (eph. epigr. 7 p. 384).

Caecilius Aristo IV, 14

> *Caecilius Aris*[*to*] *c. v., cur. oper. publ.* in titulo urbano a. 214 (*Bull. comun.* 1884 p. 7); Caecilius Aristo praeses Bithyniae a. 218 (Dio 78, 39).

eos magis crediderim ex horum posteris esse quam ipsos.

V, 8—12.

Sellisternia initio commemorata noctis tertiae sunt. Deinde cum narrentur XV viri interfuisse sacro alicui, id videtur referendum esse ad sacrum eadem nocte Terrae matri oblatum. Sequuntur vestigia incerta.

VI.

Fragmentum cum diem memoret .... [*M*]*artias*, locum sibi flagitare videtur anteriorem; at refragatur scriptura (supra p. 289). Itaque aut diei

praeteriti hoc loco mentio facta est aut ludi, de quibus agitur in sequentibus, non editi sunt nisi vere a. 205, quod quamquam cum caerimoniarum religione parum conspirat, hac aetate fieri potuisse negari non potest.

VII. VIII.

Fragmentum VII cum fuerit imum anticae cippi quadrati, VIII summum in latere eius, necesse est aliquatenus continuentur, et confirmat id argumentum. In fragmento priore quae primo loco ponuntur nomina virorum feminarumque quo pertineant parum apparet; possis suspicari agi de frugibus praemiorum loco populo distributis (vide supra p. 251). Extremus versus fr. VII et primi fragmenti VIII spectant ad ludos, quorum causa XV viri ita distributi sunt, ut alii praesiderent *in theatro ligneo* (VII *A*, 9) quod videmus hac quoque aetate structum esse in Tarento, alii *in odeo* (VIII *A*, 2), alii *in theatro* cuius nomen intercidit (VIII *A*, 3), alii alibi; id quod respondet verbis aequalis Herodiani (p. 275) ludos factos esse ἐν πᾶσι θεάτροις ὁμοῦ.

Post haec sequitur edictum, quo agi de ludis honorariis *dissignatoris* et *pulvinaris* vocabulum et maxime verba v. 13 *theatris ludi-hono*[*rari*] declarant; ipsum argumentum ex residuis non percipitur. Quae sequuntur tractantia de sacrificio vaccae Iunoni reginae oblatae alteroque porci etiam magis obscura sunt.

Fragmentum VIII *B* quod adiunxi ad eandem partem videtur pertinuisse.

IX.

Propter rationes supra adlatas frusta haec videntur in latere cippi imum locum obtinuisse. Continentur iis nomina virorum, quorum unus dicitur *equitis Romani filius*, fortasse ludiorum.

ORTHOGRAPHICA.

Notabilia videntur esse haec

adque I, 23 bis. 25.
adolescentia I, 18.
adsparsit III, 75.
albeus II, 10, recte VIII *A*, 1.
utei retentum in formula I, 22.
terna pro *terna vice* III, 75.
impp., *Augg.*, *Auggg.* (IV *A*, 8) passim.
[*in tri*]*bunali adscenderunt* III, 11. 12.
e pro *ae*: *feste* I, 7.
ae pro *e*: *aebornus* III, 5, *aeborneus* VIII *B*, 4 — *praecatio* IV, 6 — [*obse*]*cramusquae* IV, 11 — *salutaraeque* III, 18.
cós. cum apice II, 10.


Barbarismos alios certos non repperi. Errores fabriles aliquot inveniuntur, ut I, 24 *gratia* pro *gratiis*, I, 26 *ludibus* pro *ludis*, I, 28 *ludi* pro *ludos*.

III.

FRAGMENTA INCERTA.

Actorum reliquias quae sequuntur Huelsenus et Vaglierius secundis curis lapides recognoscentes viderunt et propter naturam et propter formam litterarum non proficisci ex actis Severianis, sed melioris esse aetatis, fortasse Claudianae. In editione Romana reperiuntur in tabula H, ubi fr. I*a* est = E, fr. I*b* = D, fr. II = F, fr. III = G.

I*a* I*b*




II




I*b* v. 2 tertia littera aut E aut P.

III



Optimis, ut dicitur, litteris scriptum fragmentum quod fuit aliquando Romae apud Ursinum, deinde in aedibus Farnesiis, hodie latet vel periit, editum ab Ursino ad Caton. p. 223, 19 (inde Grut. 122, 5) et a Marinio qui vidit inter acta Arvalium tab. 47 (inde C. I. L. VI, 2119 et apud Henzenum Arval. p. CCXXIX) hoc:



Huelsenus monuit magis videri superesse ex actis saecularibus, cum praesertim fragmentum actorum saecularium nescio quorum editum supra p. 245

et ipsum aliquando apud eundem Ursinum adservatum sit. Confert Ursinus precationem apud Catonem c. 134 (similiter c. 139): *Iane pater, te hac strue commovenda bonas preces precor, uti sies volens propitius mihi liberisque meis domo familiaeque meae.* Certe ad precationes actorum nostrorum hae propius accedunt quam ad eas quae Arvalium actis continentur.

AVCTARIVM DE SACERDOTVM IN ACTIS SACRORVM COLLEGIORVM ORDINATIONE.

Fragmentum actorum Arvalium a. 1880 demum eruderatum et post Henzenum (*Bull. dell' Inst.* 1882 p. 201) aliosque ab Huelseno nostro infra in hac ephemeride repetitum E. Hula Vindobonensis nuper in actis archaeologicis epigraphicis Austriacis (vol. 15 a. 1892 p. 23—28) contendit pertinere non ad acta a. p. Chr. 28, quae fuit Henzeni opinio, sed ad annum ante Chr. 20 = u. c. 734, scilicet v. 5 quod traditur . . . *o P. Silio* . . . supplendum esse non, ut proposuit Henzenus, [*C. Iunio Silan*]*o P. Silio* [*cos.*], sed [*M. Appulei*]*o P. Silio* [*cos.*], eamque sententiam ita defendit, ut res repetito examine indigere videatur. In utramque partem quae proferri possint, iam exponam.

Reliqua acta collegii Arvalium quae habemus cum incipiant ab anno p. Chr. 14, si verum vidit Hula, fragmentum de quo agitur non solum omnium eorum antiquissimum est, sed etiam efficitur inde collegium illud ab Augusto instauratum esse in ipsis imperii eius principiis. Neque id sententiae adversatur. Nam opinio quae adhuc obtinuit Augustum id fecisse adepto pontificatu maximo nullo iusto argumento defenditur et fatendum est instaurationis eius tempus plane ignorari.

Gravissimum obstaculum sententiae Henzenianae opponunt fragmenti versus quattuor primi. Eos recte Hula contra Henzenum superesse statuit ex actis anni qui praecedit annum notatum sic: . . . . *o P. Silio cos.*; nam neque duplex eorundem sacrorum indictio quam Henzenus admisit probari potest nec consulatus idem iisdem verbis bis perscriptus ante utramque. At consulatu illo ut Henzenus voluit ita expleto, ut fiat a. 28, versus illi quattuor primi extremi sint necesse est actorum a. 27, quorum actorum insignia fragmenta cum supersint (C. I. L. VI, 2024), adsumptis iis, si Henzenus verum vidit, perscripta fuerunt in actis a. 27 primum votorum nuncupatio facta *pridie* [*non. Ian.*] = Ian. 4, deinde, si quidem recte fragmenta *f* (*e* ed. min.) et *g* (*f* ed. min.) huc relata sunt, votum solutum deae Diae simile eius quod a. 38 sub die Ian. 7 memoratur[1]) et sacrificium factum propter natalem Iuliae Augustae Ian. 30, denique indictio sacrorum in mensem Maium vel

[1]) Recte fragmentum *g* Hula negavit pertinere ad sacra mensis Maii, omnino componendum cum eo quod supra indicavi.

Iunium concepta. Haec ordinatio quamquam a consueta recedit, non omnino reicienda est. Nam quod ita sacra Deae Diae sollemnia ab actis afuerunt, recte se habet, cum in actis quae habemus primum compareant anno p. Chr. 38 nec multo ante coepta esse videantur perscribi. Indictio in actis quae habemus, in his anni 21, fit inter Ian. 7 et Ian. 11 (Henzen p. 5); sed cum haec ipsa de quibus agimus acta nos docuerint anno sive 734 u. c. sive p. Chr. 28 sacra facta esse non Maio mense, sed incipiente Iunio[1]), indictio anni praecedentis item fieri potest ut peracta sit mense demum Ianuario extremo vel incipiente Februario. Acta anni sequentis e contrario incipiunt ab indictione, cuius dies deficit; vota igitur aut soluta susceptaque sunt post indictionem aut eo anno non sunt perscripta. Haec, quae sententia Henzeniana requirit, ut poterunt admitti, ita nemo negabit difficultatibus non exiguis laborare, e contrario, si Hulam secuti acta haec referimus ad a. 733 et 734, hoc loco omnia plana fieri et expedita.

At in personis sacerdotum Hulae sententia cum obstaculis non levibus pugnat. Fratres Arvales in fragmento nominati misso vestigio incerto v. 3 fin. A (non M) numero sunt sex: scilicet in actis anni prioris nominantur Arvales quattuor, in actis anni posterioris praeter magistrum duo, quorum unus est inter quattuor illos. Sunt autem hi.

. . . *s Libo* (v. 3).

Laterculus si est a. u. c. 733/4, cogitabitur aut de L. Scribonio Libone cos. a. 720 aut de M. Druso Libone cos. a. 739; si est a. p. Chr. 27/8, aut de consule ordinario a. 16 L. Scribonio Libone aut de C. Vibio Libone eodem anno suffecto. Acta reliqua Libonem nullum habent. Per hunc igitur quaestio non deciditur.

L. Cinna (v. 3).

Cogitavit Hula de L. Cinna praetore a. 710 homine inter adversarios Caesaris dictatoris acerrimo; eum nihilominus ab Augusto honorari potuisse pariter atque honoravit filium Cn. Cinnam Magnum consulem factum a. p. Chr. 5. Id ut admitti potest, ita pari iure statuemus fuisse eius nominis hominem praeterea ignotum sub Tiberio. Acta alia Cinnam nullum habent. Itaque per hunc non magis de re liquebit.

M. Cornutus (v. 3. 10).

Praeter haec idem nomen redit in actis a. 14: *M. Cornutus* et a. 20: *M. Caecilius Cornut*[*us*] et a. 21 . . . *Cornutus*. Praeterea in titulo urbano C. VI, 1267 inter curatores locorum publicorum iudicandorum aetatis Augustae vel Tiberianae tertio loco nominatur *M. Caecilius Cornutus*. Tacitus denique ann. 4, 28 ad a. 24 meminit Caecilii Cornuti viri praetorii sua manu tum interempti. — His testimoniis expensis Henzenus Arvalem actorum a. 14. 20. 21 habuit pro viro praetorio mortuo a. 24, Ar-

---

[1]) Probabiliter Huelsenus acta ita explevit, ut facta sint Iun. 1. 3. 4. Etiam a. 21 sacra videntur indicta esse in dies ab iis qui postea obtinuerunt diversos.

valem actorum nostrorum eius filium esse voluit aliunde ignotum; e contrario Hula Cornutum actorum nostrorum statuit fuisse Arvalis cognominis actorum a. 14. 20. 21 mortui praetorii a. 24 patrem hoc solo loco nominatum. Haeret igitur res in hoc homine tam Henzeno quam Hulae; nam Cornutum neuter alibi invenit suo anno aptum. Potest Hula verum vidisse; sed facilius admittemus patrem nominari in actis Arvalium a. 14. 20. 21. 27, filium defunctum esse praetorium a. 24. Nam cum extra dubium sit fuisse eius nominis duos viros, ita saltem unum solum eius nominis habebimus Arvalem.

Cn. Dom[itius] ... (v. 4).

Laterculo anni 733 Cn. Domitius parum aptus est; nam de quo cogitavit Hula Cn. Domitius consul a. 701 et iterum a. 714, natus ante a. 660 vix anno illo potest in collegio fuisse, multo minus vir exactae aetatis et bis consul ibi adhaesisse loco extremo. — Contra laterculus si est a. 27, recte cogitabitur de Cn. Domitio Ahenobarbo consule a. 32 patre imperatoris Neronis, quem acta alia nominant ab a. 27 ad a. 39 et recte quoque tum fortasse ne praetorius quidem collocatur loco extremo. Gens autem Domitia ita nota est, ut vix liceat hunc locum accipere de homine praeterea ignoto. Hic igitur cum Henzeni sententia optime convenit, Hulanam infringit.

Cn. Pompeius Q. f. (v. 6. 10).

Praeter acta haec, quae Cn. Pompeium Q. f. ostendunt magistrum collegio praefuisse anno aut 734 aut p. Chr. 28, cognominis vir occurrit consul suffectus a. 723 in fastis Venusinis et Amiterninis. Item secundum acta Arvalium a. p. Chr. 14 die Mai. 14 inter eos qui adfuerunt primum locum tenet *Cn. Pompeius Q. f.* eodemque anno *in locum Cn.* ...... cooptatus est .. *Pompeius augur.* Denique in actis nuper repertis a. 20 inter eos qui adfuerunt ultimo loco recensetur *Cn.* .... *augur.* Hisce actis anni 20 parum apte inseruerunt nomen Lentuli, nam quamquam is advixit ad a. 22 (Tacitus ann. 2, 59), vir summi honoris et grandaevus nullo modo extremo loco collocari potuit. Contra recte hic locum habet .. *Pompeius augur* ille adlectus ante annos paucos neque consularis; unde iam constat de praenomine eius, quod ex actis a. 14 excidit[1]). Indidem colligemus Gnaeum eum, in cuius locum successit, vix recte credi esse Cn. Pompeium Q. f. nominatum inter praesentes mense Maio anni eiusdem, nam, ut recte observavit Borghesius (opp. 3, 134), quod additur *augur* flagitat, ut duo cognomines viri tum in collegio fuerint. Habebimus eos, ubi statuimus Cn. Pompeium Q. f. memoratum mense Maio et Cn. Pompeium augurem adlectum mense Decembri simul sacerdotium tenuisse. Iam postquam demonstravimus in collegio Arvalium duos fuisse Cn. Pompeios, videndum est de distributione testimoniorum.

[1]) Erravit igitur Borghesius opp. 3, 134 Sextum eum fuisse statuens.

Consul a. 723 sine dubio is ipse est, qui in actis a. p. Chr. 14 primum locum tenet ante L. Domitium Ahenobarbum cos. a. 738, neque difficultatem facit quod statuit Hula eundem magistrum collegii fuisse a. 734. Sed si acta sunt anni 28, eo magisterium dicemus suscepisse Cn. Pompeium augurem adlectum a. 14 et nominatum etiam in actis a. 20. Nam pater cum ignoretur, potest fuisse et ipse Quinti filius, auguris autem determinationem eum deposuisse defuncto viro cognomine rationem habet. Itaque cum utraque sententia Cn. Pompei Q. f. mentio recte conciliabitur.

... [*M*]*essalla Corvinus* (v. 11).

Oratorem consulem a. 723 = 31 a. Chr. cum intellegit Hula, errat, nam ita M. Cornuto certe praetorio homini consularis clarissimus postponitur. Prudentius longe Henzenius *non resta,* ait, *altro che o pensare al console dell' anno 20, quantunque non porti ne' fasti il cognome di Corvino, oppure immaginare un suo fratello che abbia conservato quel nome celebre,* firmatque certe aliquatenus sententiam Hen-zenianam, quod in actis a. 21 in collegio fuit ... *Messal* ... quidam, quem quisquis fuit (nam ne hoc quidem certo apparet utrum inter consulares collocetur an inter praetorios) probabile est esse hunc ipsum Messallam Corvinum. Minus caute reprehendit Henzenum Hula propter coniecturam priorem. Messalla hic homo pauper (Tacitus ann. 3, 2) neque ullo nomine insignis non nominatur nisi propter consulatum et ita quidem, ut missis testimoniis quae nomen ponunt aut breviatum aut mutilum, plena quae videantur nomina habeant laterculi quattuor Arvalium, (p. CCXLIV Henzen): *M. Valerius Messallinus*; collegii sexprimorum (*Mitth. des röm. Instituts* vol. 6 p. 159): *M. Valerio Messal* ... (alterum cognomen spatio excluditur); Ostiense (C. XIV, 244): *M. Valerius Messalla*; Dionis ad l. 57: M. Οὐαλέριος M. υἱ. Μεσσαλᾶς. Haec non sufficiunt, ut nepotem negemus usum esse avi cognomine altero. Sed obstat sententiae huic Henzenianae, quod etiam secundum eam homini praetorio Messalla postponitur iuvenis sane et ignobilis, sed tamen consularis. Quam ob rem magis placet Henzeni sententia altera nominari hoc loco neque consulem a. 723 neque qui fasces gessit a. 20, sed tertium quendam stirpis eiusdem praeterea ignotum. Id ut aetate Augusta vix admitti poterit in summo tum stirpis eius splendore, cum posteriores oratoris cum paupertate viderimus luctatos esse, sub Tiberio difficultatem non facit.

Eo igitur deducti sumus, ut cum multa ambigua sint eodemque iure ad utrumque annum referri possint, de Cn. Domitio et de Messalla Corvino quae legimus, Henzenianae sententiae faveant, universa actorum ordinatio magis conveniat Hulanae; neutra ita comparata est, ut sine violentia aliqua rem expediat. Litteraturam Huelsenus quaerenti mihi respondit omnino stare pro sententia Hulana; fragmentum de quo ambigitur plane differre ab actis a. p. Chr. 27. 28 et litteris scriptum esse vetustioribus similibusque iis quae cernuntur in fastis Capitolinis. Id quod ectypum missum omnino confirmat.

Ad determinandos viros in actis sacrorum collegiorum nominatos magnopere interest, ut definiatur, utrum sine certo ordine procedant an secundum dignitatem recenseantur. Ego quemnam sacerdotum ordinem teneant Augusti acta saecularia, supra p. 243 exposui, nec semel in quaestione modo tractata ad eas leges provocavi. Sed cum eae ex uno alterove laterculo non satis cognoscantur, placuit eius rei causa hoc loco acta Arvalium sub Iuliis imperatoribus percensere.

Acta ea de quibus ambigitur sintne anni a. C. 20 an p. C. 28 Arvales collocant sic:

anni prioris:	anni posterioris:
. . . .	M. Corn[utus]
. . . . . s Libo	. . . .
L. Cinna	. . . . Messalla Corvinus
A.	
[M. Caecilius C]ornutus	
Cn. Dom[itius Ahenobarbus]	

Acta Arvalium a. p. Chr. 14 recte observavit Hula ad dignitatem accurate disposita esse. Primum locum obtinet Drusus Caesar; sequuntur consulares secundum annos magistratus 1) Cn. Pompeius Q. f. cos. a. 123; 2) L. Domitius Ahenobarbus cos. a. 738; 3) L. Calpurnius Piso consul a. 739; 4) Paullus Fabius Maximus cos. a. 743; 5) T. Quinctius Crispinus Valerianus cos. a. 755[1]); extremo loco nominatur M. Cornutus praetorius.

Acta a. 20. 21 Arvales recensent bis sic:

a. 20	a. 21
T. Quinctius C[rispinus Valerianus] cos. a. 755	. . . .
L. Calpurnius Piso pontifex cos. a. 739.	. . . . . Messal . . . .
M. Caecilius Cornutus praetorius	. . . .
[Paullus] Fabius Persicus (cos. a. p. C. 34)	[M. Caecilius] Cornutus
Cn. [Pompeius] augur	[Paullus Fabius Persi]cus
	Sex. . . . . .

Index recedit a lege consulares duos collocans neglecta aetate.

Acta a. 27 et 28 laterculos habent hos:

(C. VI, 2024 *e*)

[L. Pis]o pontifex cos. a. u. c. 739
P[aullus Fabius Persicus] (cos. a. 34)
. . . .
[Cn. Domiti]us Ahen[obarbus] (cos. a. 32)

(C. VI, 2024 *g*)

. . . . .
[T. Qui]nctius [Crispinus Valerianus] cos. a. 2
. . . .
[Cn. Do]mitius Ah[enobarbus]

[1]) Recensentur ter, primum 2. 3. 4, deinde 1. 2. 3. 5, tertium 3. 5.

(C. VI, 2024*f*)

[T. Quinctius Crispinus] Valerianus
L. Caninius Gallus cos. a. u. c. 752?
. . . .

Acta a. 37? (C. VI, 2025*B*):

[L. Caninius] Gallus cos. a. u. c. 752?	Fabius [Persicus]
[Paullus Fab]ius Persicus cos. a. 34	. . . . . .
Cn. Domitius cos. a. 32	L. Caninius Gallus
	Cn. Domitius

Acta a. 38 paene plena servata ideoque in hac quoque quaestione utilissima consulares quinque nominant, qui collocantur sic:

Ap. Iunius Silanus cos. a. 28, nusquam loco primo, loco secundo post Camillum bis (*c* 37. *d* 1), locis reliquis (*c* 14. 20. 28. *d* 17. 23. 28. 34. *e* 3) post consulares infra nominatos omnes, quatenus adsunt,

P. Memmius Regulus cos. a. 31 nominatus semel tantum *e* 4 post consulares reliquos,

Cn. Domitius Ahenobarbus cos. a. 32 nusquam loco primo, post Persicum plerumque, post Camillum et Silanum semel (*d* 1),

M. Furius Camillus cos. a. 32 loco primo bis (*c* 37. *d* 1), post Persicum et Ahenobarbum plerumque,

Paullus Fabius Persicus cos. a. 34 loco primo plerumque (*a* 14. *b* 10. *c* 3. 13. 20. 27. *d* 11. *e* 9), e contrario post reliquos consulares qui adsunt *c* 37. *d* 2.

Consulares hi semper praetoriis praeponuntur et ipsi quoque aliquatenus certo ordine procedunt, ut primus sit plerumque Persicus, secundus Ahenobarbus, tertius Camillus, quartus Silanus; sed is ordo neque aetatem consularem sequitur et saepenumero insuper habetur. Arvales non consulares, qui sunt numero quattuor et raro memorantur, C. Caecina Largus, Taurus Statilius Corvinus, L. Annius Vinicianus, C. Calpurnius Piso poterunt revocari ad ordinem parilem.

Acta anni 40 cum sacerdotes qui adfuerint recenseant ter, inter hos consularis est nullus, fortasse non casu, sed propter imperatoris iuvenilem intemperantiam sine dubio in epulis talibus conspicuam et gravioribus collegis molestam. Qui adsunt recensentur ordine certo nullo:

. . . . us	C. Caesar Aug. Germanicus	C. Caecina Largus
M. Silanus (cos. a. 46)	C. Caecina Largus	M. Silanus
C. Caecina Largus (cos. a. 42)	Taurus Statilius Corvinus	L. Annius Vinicianus
Taurus Statilius Corvinus (cos. a. 45)	L. Annius Vinicianus	C. Calpurnius Piso
	C. Calpurnius Piso	
	M. Silanus	

Ex temporibus posterioribus propter rerum evidentiam unum tantum annum p. C. 57 selegi, ut inde appareat ne praetoriorum quidem a consularibus distinctionem tum observatam esse. Habemus eius anni laterculos tres, unum locorum undecim, alterum octo, tertium septem; ad aetatem consularem exacti hanc formam habent.

P. Memmius Regulus	cos. a. 36 :	8	6	2
Sulpicius Camerinus	cos. a. 46 :	2	4	6
A. Vitellius	cos. a. 48 :	6	2	7
Faustus Cornelius Sulla Felix	cos. a. 52 :	3	3	—
L. Salvius Otho Titianus	cos. a. 52 :	7	—	—
L. Piso	cos. a. 57 :	9	—	—
C. Piso	cos. a. inc. :	5	5	4
M. Aponius Saturninus	cos. a. inc. :	11	7	5
M. Valerius Messalla Corvinus	cos. des. in a. 58 :	1	1	1
T. Sextius Africanus	praetorius :	4	8	3
M. Salvius Otho	praetorius :	10	—	—

Iam ut summam rei complectamur, in sacerdotibus ordinandis post magistrum, ubi is non praeteritur (ut fit in actis a. 14), ad domum imperatoriam qui pertinent semper primo loco nominantur. In privatis sub Iuliis imperatoribus dignitatis gradus nec plane neglegitur neque anxie observatur. Consularium separatio a praetoriis ad Gaii imperium retenta est, imperante Nerone insuper habita, poterimusque ad illa usque tempora hac lege cum aliqua fiducia uti. Inter consulares primum locum consul designatus etiam sub Nerone obtinuit, omnino propterea, quod ius habet in senatu sententiae primae (*Staatsrecht* 3, 973 seq.). Ad magistratus tempora Arvales consulares recensentur in actis scriptis anno p. Chr. 14; sed id ne ea quidem aetate constanter observatum esse acta saecularia declarant (supra p. 243). Sub Tiberio et Gaio contraria consuetudo obtinet, in qua num privilegia exempli causa liberorum (cf. *Staatsrecht* 1^3, 41) aliquem locum teneant, quaeritur; certe ordinem sollemnem, quem acta a. 38 declarant, eadem monstrant saepe neglectum esse. A Neronis inde tempore sacerdotes privati sine ordine certo ullo recensentur.

Th. Mommsen.

NVMMI AVGVSTI ET DOMITIANI AD LVDOS SAECVLARES PERTINENTES

Actis ludorum saecularium imperante Augusto celebratorum feliciter recuperatis, nummos post saeculum in memoriam saecularium Domitiani cusos hic componere et accuratius recensere iuvat, cum ex iis iam constet, Domitianum ludos suos ad saecularia Augustana applicuisse ita, ut his plane responderent.

Ad suffimentorum distributionem et ad frugum acceptionem, quae ipsa sacra praecedebant, pertinent nummi aenei Domitiani duo gemelli in tabula phototypica[1]) sub nn. 2 et 3 *a. b* expressi

n. 2 (Cohen, ed. 2, Domitianus n. 81): *Ad aedem quattuor columnarum striatarum generis ut videtur Corinthii sedet vir togatus (imperator aut XVvir) in tribunali, cui imposita sunt duo canistra et inscriptum est* SVF(*fimenta*) P(*opulo*) D(*edit*)*; ante tribunal vir togatus*[2]) *et puer item togatus, quorum ille ab imperatore purgamenta accipit, hic manus supplices tendit.*

Pueri praesentia neque fortuita est neque supervacua, sed inde explicanda, quod cives una cum coniugibus et liberis suffimenta petebant (cf. actorum vv. 65—68 et quae a Mommseno adnotantur p. 250).

n. 3*a* (Cohen n. 83): *Ad aedem quattuor (in aliis exemplaribus quinque) columnarum striatarum generis Corinthii (in fastigio: corona) vir togatus (imperator aut XVvir) d. pateram tenens sedet in tribunali,*

---

[1]) N. 1. 5. 6*a*. 8 ad exemplaria musei Parisini, n. 3*a*. 4. 6*b*. 11. 15 ad exemplaria musei Londiniensis } quorum ectypa gypsacea miserunt L. Babelon et Barclay Head

n. 2. 3*b*. 7. 9. 10. 12—14. 16. 17 ad exemplaria musei Berolinensis.

[2]) Cohen mulierem esse dicit, errore.

cui imposita sunt tria canistra (in aliis duo) et inscriptum est FRV-G(*es*) AC(*cepit*)*; ante eum duo togati pateras tenentes ambabus manibus fruges effundunt in imperatoris pateram, qui acceptas in canistrum infundit.*

Huius nummi varietas extat haec:

n. 3*b* (Cohen n. 82): *Ad aedem quattuor columnarum striatarum generis Corinthii (in fastigio: aquila) vir togatus d. tendens sedet in tribunali eodem modo inscripto; ante eum duo (in aliis exemplaribus tres) togati e panno*[1]*) fruges in solum effundentes.*

Eruditorum litem, quomodo secundi nummi inscriptio intellegenda sit (cf. Eckhel VI p. 387 seq.), vanam omnino atque futilem declarari ipsa nummi imagine et gemellorum nummorum inscriptionibus inter se respondentibus

IMP CAES DOMIT . . . | COS XIIII LVD(*is*) SAEC(*ularibus*) SVF(*fimenta*) P(*opulo*) D(*edit*)

IMP CAES DOMIT . . . | COS XIIII LVD(*is*) SAEC(*ularibus*) A POP(*ulo*) FRVG(*es*) AC(*cepit*)

iam supra p. 251 monuit Mommsenus.

Suffimentorum distributionem praeterea ipsius Augusti aureus repraesentat

n. 1 (Cohen, Augustus n. 466): IMP CAESAR TR · POT · IIX *Caput laureatum Augusti dextrorsum. — Vir togatus (Augustus) in tribunali sedens, ante quod canistrum; ante eum duo togati stantes, quorum alter ab Augusto suffimenta accipit. In orbem* L · MESCINIVS*; tribunali inscriptum est* LVD · S, *infra* AVG · SVF · P *i. e. lud(is) s(aecularibus) Aug(ustus) suf(fimenta) p(opulo) (sc. dedit).*

Sacra per trinoctium et triduum celebrata haec commemorant acta:

nocte prima Moeris in campo ad Tiberim immolantur agnae IX totidemque caprae;

die primo Iovi in Capitolio immolatur bos mas;

nocte secunda Ilithyiis ad Tiberim sacrificium fit placentis varii generis;

die secundo Iunoni in Capitolio immolatur bos femina; deinde matres familias praeeunte imperatore precantur;

nocte tertia Terrae matri ad Tiberim immolatur sus plena;

die tertio Apollini et Dianae in Palatio sacrificium fit placentis varii generis; deinde pueri puellaeque carmen canunt.

Primae noctis sacrificium repraesentatur in nummo aeneo

n. 4 (Cohen n. 87): *Ante aedem sex columnarum striatarum generis Corinthii (in fastigio: aquila) imperator longa veste indutus infra fimbriata et manicis brevibus instructa, s. demissa, d. pateram tenens ad aram sacrificat; adstant fidicen et tibicen, pone minister ovem et ca-*

[1]) Ex vase Eckhel et Cohen errore. Cf. Petron. sat. 135: ut solvit licio pannum, partem leguminis super mensam effudit.

pram adducens. Nummi inscriptio: COS XIIII LVD SAEC FEC, *eademque est in sequentibus.*

Ludorum acta Augustana quod referunt, sacra celebrata esse Achivo ritu (cf. p. 257), nummi Domitiani sacrificia commemorantes egregie illustrant: in omnibus enim imperator non Romano sacrificat ritu (capite velato) sed Graeco, aperto capite (cf. Macrob. 1, 8, 2); neque Romana est vestis tunicae similis — nescio utrum stola an alio nomine appellanda — in nummo modo descripto et in eo qui sequitur expressa. Quod vero imperator in sacrificio primae noctis et primi diei Graeca veste utitur, toga reliquis diebus (n. 6*a*. 6*b*. 7. 9), id quomodo explicandum sit nescio.

Primi diei sacrum effingit nummus aeneus

n. 5 (Cohen n. 89): *Ante aedem sex columnarum ordinis ut videtur Corinthii (in fastigio: corona) imperator eadem quam supra descripsi veste indutus s. demissa, d. pateram tenens ad aram sacrificat; ante eum fidicen et tibicen, pone duo ministri, quorum unus bovem tenet, alter victimam securi ferit.*

Ad secundae noctis sacrificium referendus est alteruter nummorum aeneorum n. 6*a*. 6*b* et 7, nisi forte uterque idem commemorat sacrificium.

n. 6*a* (Cohen n. 91): *Ante aedem quattuor columnarum Corinthiarum tripertitam (duae extremae partes fastigia habent coronis exornata, media pars tecta est fornice; inter summas columnas pilae parvae sive columellae quattuor aut sex) imperator togatus s. volumen, d. pateram tenens ad aram sacrificat; ante eum tibicen et fidicen, ab altera parte arae Tiberis*[1]) *humi sedens vel potius cubans s. cornu copiae tenens (d. videtur habuisse harundinem).*

Huius nummi varietas extat haec:

n. 6*b*: *Idem sacrificium eaedemque figurae; sed aedes est quinque columnarum Corinthiarum (inter summas columnas pilae parvae sive columellae quattuor), cuius tectum bipertitum vel tripertitum est ita, ut constet ex duobus tympanis (in utroque corona) coniunctis ut videtur fornice testudinato.*

n. 7 (Cohen n. 85): *Ante aedem sex columnarum Corinthiarum (in aliis exemplaribus columnae sunt quinque; in fastigio modo corona, modo aquila) imperator togatus s. volumen, d. pateram tenens ad aram sacrificat; ante eum tibicen et fidicen.*

Cum sacrificio secundae noctis imagines concinunt in eo, quod in utroque nummo sacrificium fit sine victimae immolatione; itemque Tiberis praesentia in priore optime conspirat cum sacrificio

---

[1]) Cavedonius (*Ann. d. Inst.* 1853 p. 27) hanc figuram potius Palatii genium esse putat *perchè essa non è sdraiata, ma sedente, e manca l'urna versante acqua* [Tiberis sine urna est e. g. in nummo Antonini Pii Cohen Ant. n. 822] . . . *Il genio del Palatino bene si starebbe presso il tempio di Apollo Palatino. Il tempio stesso è notevole pe' due suoi fastigi o timpani che lo mostrano come duplice.*

facto ad Tiberim (acta v. 115). Eadem res binis typis non eodem modo expressa non offendit, nam frugum acceptionem supra vidimus bis varie repraesentatam; sed aedis formam in duobus nummis differre molestum est. Fieri igitur potest, ut prior tantum nummus (n. 6*a*. 6*b*) huc pertineat, secundus (n. 7) referendus sit ad sacrificium tertii diei placentis factum.

Secundum diem festum sine dubio commemorat nummus aeneus

n. 8 (Cohen n. 80): *Ad aedem quattuor columnarum Corinthiarum (in fastigio: corona) vir togatus (imperator ut videtur) stans s. volumen tenens, d. extensa adloquitur tres mulieres*[1]) *genibus nixas, quae velatis capitibus supplicibusque manibus ad aedis gradus precantur.*

Typum ad ludos saeculares generatim tantum rettulit Eckhel, neque aliter potuit, cum veram interpretationem nunc demum suppeditent actorum verba (v. 123 seqq.) *CX matribus famil*[*ia*]*s nuptis, quibus denun*[*tiatum fuit ut convenirent, imp. Caesar Augustus* (?)] *praeit in haec verba: Iuno regina, ast quid est qu*[*o*]*d meli*[*us siet populo Romano Quiritibus, . . . matres familias*] *nuptae genibus nixae te u*[*ti faxis quaesumus precamurque, uti* cet. Nummus igitur matronas repraesentat ante aedem Iunonis reginae praeeunte imperatore deam invocantes. Ceterum hanc secundi diei caerimoniarum partem non sine causa repraesentatam esse puto; nam inter bovis feminae immolationem Iunoni factam et bovis maris sacrificium in nummo n. 5 iam repraesentatum discrimen nullum fuisset in nummorum imaginibus.

Tertiae noctis sacrificium commemorat nummus aeneus

n. 9 (Cohen n. 84): *Imperator togatus d. pateram tenens ad aram sacrificat adstantibus fidicine et tibicine; hinc Terra mater humi sedens vel potius cubans (s. cornu copiae, d. incertum quid tenet, fortasse spicas), illinc minister suem feminam adducens.*

Ad tertium diem Apollini et Dianae sacrum pertinet nummus aeneus

n. 10 (Cohen n. 79): *Pueri duo togati et puella*[2]) *elatis manibus dextris ramusculos tenentes et dextrorsum procedentes; sequuntur duo viri togati, quorum prior (imperator?) s. volumen tenet.*

Imago pompam sine dubio adumbrat sollemnem binosque choros puerorum et puellarum laudes Apollinis et Dianae canentium, quorum mentio fit in actis (v. 147 seqq.) his verbis: *sacrificioque perfecto* (in Palatio scilicet) *pueri* [*X*]*XVII, quibus denuntiatum erat, patrimi et matrimi et puellae totidem carmen cecinerunt, eo*[*de*]*mque modo in Capitolio; carmen composuit Q. Hor*[*at*]*ius Flaccus.* Actorum locum non satis perspicuum Mommsenus eximia coniectura a

---

[1]) Tres figuras togatas esse dicit Eckhel (VI p. 386), similiter Cohen.

[2]) Tres pueros Eckhel (VI p. 386), tres puellas Cohen in nummo repraesentari errore scripserunt; est sine dubio puella inter duos pueros (hi manu sinistra volumen tenent).

carmine saeculari Horatiano petita illustravit ita ut statueret (supra p. 257), carmen cantatum esse 'a choris sollemni pompa ex Palatio ad Capitolium pergentibus et inde redeuntibus ad aedem Apollinis Palatinam'. Nummi imago coniecturam nullo modo infirmat.

Templa in nummis Domitiani repraesentata quatenus respondeant eis, quae in actis nominantur, videant topographi; mihi hoc tantum monendum est, in nummis aedium imagines haud raro neglegenter adumbratas esse (cf. e. g. n. 6*a*. *b*. 7).

Restat ut reliquos Augusti et Domitiani nummos in memoriam saecularium cusos recenseamus.

Ad ludorum indictionem pertinent Augusti unus aureus et argenteus (n. 11), Domitiani item aureus et argenteus unus (n. 12).

n. 11 (Cohen, Caesar n. 5—6): *Vir sinistrorsum stans galeatus* (*galea duabus pinnis*[1]) *praelongis ornata est*) *et succincta veste*[2]) *indutus s. clipeum rotundum* (*cuius insigne est stella*), *d. caduceum alatum tenet.* (*Ab altera parte est caput Caesaris; inscriptio* M SANQVINIVS · III · VIR *et* AVGVST DIVI F LVDOS SAEC).

n. 12 (Cohen, Domitianus n. 75—76, cf. 77. 78): *Idem vir sinistrorsum gradiens, sed pro caduceo baculum tenet* (*facem Cohen, errore*) *clipeique insigne est caput galeatum dextrorsum. Inscriptio:* COS XIIII LVD SAEC FEC.

Figuram cultu tam singulari exornatam, quam plerique Salium, alii Fetialem alii Minervam alii praeconem esse coniecerunt (cf. Eckhel V p. 300; VI p. 385), 'verisimiliter praeconem ludos promulgantem' esse censuit Eckhel, eiusque opinionem secutus est Mommsen (p. 246, in adn. 1 alia eiusdem figurae exempla citans); Salium non significari monuerunt Eckhel V p. 300 et supra Mommsen, quia Salio cum ludis saecularibus nulla esset communio. Imaginem esse 'praeconis invitantis more sollemni ad ludos quos nec spectasset quisquam nec spectaturus esset' (Suet. Claud. 21) propter caducei inprimis insigne veri est simillimum; neque opinioni eorum, qui Salium esse existimaverunt, videtur favere quod in argenteo Augusti rarissimo ad ludos saeculares pertinente eadem figura redit clipeum non rotundum habens, sed eius fere formae quam ancilibus propriam esse scimus: clipeo enim huius formae utitur etiam Iuno Sospes Lanuvina[3]), quam nemo unquam propterea cum Saliis composuit. Argenteus Augusti modo memoratus hic est:

---

[1]) Ita etiam Cavedonius (*Ann. d. Inst.* 1853 p. 28); binas alas esse dicit Eckhel, vix recte.

[2]) Virum togatum esse dicit Eckhel, non bene; vestis similis est ei quam Graece dicimus διπλοΐδιον.

[3]) In nummis gentis Cornuficiae (Cohen *monn. de la républ. Rom.* tab. XV), Mettiae (l. c. tab. XXVIII), Prociliae (l. c. tab. XXXV).

n. 13 (Cohen, Augustus n. 188): *Basis quadrata vel ara cui inscriptum est* LVDI | SAECVL; *hinc vir togatus capite velato sacrificans ut videtur, inde vir longa veste indutus et fortasse galeatus, s. clipeum ancili similem*[1]) *d. caduceum tenens. Supra aram* IMP. *Typus corona inclusus est.* (*Ab altera parte:* CAESAR AVGVSTVS *caput Augusti dextrorsum*).

Eiusdem ut videtur nummi exemplum aureum sic describit Cohen, Aug. n. 112: CAESAR AVGVSTVS *La tête nue à droite.* — IMP. *Deux prêtres saliens debout en face l'un de l'autre; le premier tient un caducée et le second pose la main sur un autel, sur lequel se lit* LVDOS SAECVL. *Le tout dans une couronne de feuillages.* (*Autrefois collection Riccio*).

Columna denique in saecularium memoriam eo loco collocata ubi ludi facti sunt, eadem scilicet quam acta statuendam commemorant v. 60 seqq. et cuius fragmenta nuper effossa sunt (cf. supra p. 226), in his occurrit nummis:

n. 14, Æ (Cohen, Domitianus n. 73): *A parte sinistra cippus cui inscriptum est* COS | XIIII | LVD | SAEC | FEC; *a parte dextra idem vir qui est in n. 12, stans* (*clipei insigne est caput galeatum dextrorsum*); *inter eum et cippum turibulum* (*non candelabrum*).

Eiusdem nummi varietas extare traditur in qua praeco est sinistrorsum gradiens (Cohen n. 74).

n. 15, Æ (Cohen, Domit. n. 72): *A parte sinistra cippus cui inscriptum est* LVD | SAEC | FEC; *reliqua ut in nummo qui praecedit; in campo* COS X̅I̅I̅I̅I̅.

n. 16, Æ (Cohen, Augustus n. 461): *Cippus cui inscriptum est* IMP | CAES | AVG | LVD | SAEC; *in campo* X̅V̅ S · F, *in orbem* L · MESCINIVS RVFVS · III · VIR.

n. 17, AV et Æ (Cohen, Domitianus n. 69—70): *Cippus cui inscriptum est* LVD | SAEC | FEC; *in campo* COS X̅I̅I̅I̅I̅. *Typus corona inclusus est.*

Saecularium partem ad sacra pertinentem in nummis Domitiani plene repraesentari vidimus; ludorum contra scaenicorum, qui in actis cum sacrificiis coniuncti commemorantur, et circensium et venationis eodem tempore commissorum neque in Augusti neque in Domitiani nummis ullum est indicium.

---

[1]) Clipei forma non bene expressa est, neque melius cernitur in exemplari musei Danici cuius ectypum mecum communicavit Hauberg illius musei rector.

Berolini, mense Nov. a. 1891 HENRICUS DRESSEL

ADDITAMENTA

AD ACTA FRATRVM ARVALIVM.

Actorum fratrum Arvalium cum his ultimis annis fragmenta prodierint non pauca nec levis momenti, ea hoc loco componere utile visum est; observationibus quas oblata occasione subiunxi de aedificiis Arvalium, id praesertim accuratius quam adhuc factum est investigare conatus sum, quomodo tabulae actorum antiqua aetate dispositae ac propositae fuerint. Quam quaestionem difficilem et magni in actis redintegrandis momenti ad liquidum a me perductam non esse nemo mirabitur qui reputaverit marmora ipsa pleraque destinata museo novo quod publice instituitur Romae in thermis Diocletiani, iam per quinque et quod excurrit annos latere in arcis recondita


---

IMPERATOR CAESAR AVGVSTVS

a. u. c. 733. 734?

1 (inserendum ante n. 2023).

Fragmentum altum m. 0,14, latum m. 0,15, repertum in alveo Tiberis, a. 1892 penes curatores rerum antiquarum (*ministero dell' istruzione pubblica*).



Descripsit Henzen, qui edidit *Bull. dell' Istituto* 1882 p. 201, contuli ipse. Lanciani apud Fiorellium *Notizie degli scavi* 1880 p. 467, *bull. arch. comm.* 1881 p. 7 n. 439.

3 ex. A fuit, non M.

Fragmentum cum ita supplevisset Henzen, ut ad a. p. C. 28 referretur quo fasces gesserunt Ap. Iunius Silanus et P. Silius Nerva, ei nuper oblocutus est E. Hula Vindobonensis (*archäol.-epigraph. Mitth. aus Oesterreich* 1892 p. 23—28), v. 5 consulatum M. Appulei et P. Silii (a. u. c. 734) perscriptum fuisse contendens; cuius argumenta ex parte parum firma esse demonstravit Mommsenus supra p. 303-309. Mihi in hac quaestione diiudicanda

neque ullo modo examinanda. Attamen cum beneficio eorum qui museo illi praesunt examinare licuerit ectypa tabularum omnium egregie facta itemque lapides qui seclusi non sunt, iam ex hac inspectione quaedam enucleasse mihi visus sum de quibus exponere non inutile erit.

Itaque primo loco recensebuntur quae post absolutam voluminis sexti partem primam nova accesserunt (inserui quae in addendis eius voluminis p. 864 composita sunt). Ex eis quae ad inscriptiones iam editas addenda et corrigenda parata sunt, potiora selegi. De fratribus Arvalibus quorum nomina nunc primum innotuerunt succincte exposui, item addidi si quae rectius cognita sunt post absolutam Henzeni editionem separatam [1]): ceterum laterculus nominum infra p. 339. 340 subiunctus ad indicem eiusdem libri remittit.

[1]) *Acta fratrum Arvalium quae supersunt restituit et illustravit Guil. Henzen.* Berolini 1874. 8. Hunc librum intellege ubi solum Henzeni nomen citavi; alterum sex annis ante editum: *Scavi nel bosco sacro dei fratelli Arvali.* Roma 1868. fol. distinxi addito vocabulo *relaz.*

IMPERATOR CAESAR AVGVSTVS
a. u. c. 733. 734?

. . . .
a(*nte*) *d*(*iem*) . . . . . *I*un(ias) *in luco et domi*
a(*nte*) *d*(*iem*) . . . . . *I*un(ias) *domi*
Adfuerunt . . . . *s* Libo L. Cinna A . . . .
*M. C*ornutus Cn. Dom*itius*
. . . . . o P. Silio *cos.* | *Diae*
III non. (?) *Ian. mag*(*isterio*) Cn. Pompei Q. f. *sacrum indictum deae*
k(*alendis*) Iun(is) *domi* Iun. 1
*a. d. III n*on(as) Iun(ias) in *luco et domi* 3
pr. non(as) Iun(ias) *domi* 4
*Adfuerunt C*n. Pompeius Q. f. M. Corn*utus* . . . .
*M. Valerius M*essalla Corvinus . . . .

forma litterarum summi momenti videtur esse: ea autem in fragmento novo satis differt a dudum noto (CIL. VI, 2024) quod superest ex actis anni 27 satis et ita differt ut novum fragmentum aliquot annis ante exaratum dixeris et fere coaevum fastis Capitolinis. Praeterea acta a. 27 iam satis prolixa sunt, haec contra inter sacrificium anno priore et indictionem mense Ianuario anni posterioris factum (nam ad unum eundemque annum utrumque non recte rettulisse Henzenum consentiunt Mommsenus et Hula) nihil omnino notant: quae brevitas sane aetati antiquiori optime convenit. Tamen cum iudicium prorsus certum ferri non possit, coniecturas de singulis viris ab auctoribus supra dictis prolatas iuxta posuimus.

3 Libonem suspicatur Henzenus fuisse aut L. Scribonium consulem p. C. 16, aut C. Vibium suffectum a. eodem; secundum Hulam est L. Scribonius Libo amicus Pompei Magni socer Sex. Pompei, saepe nominatus a Cicerone (Orelli Onomast. p. 528) aliisque eius aetatis scriptoribus, consul cum M. Antonio a. 720 Cogitari posse etiam de M. Druso Libone cos. a. 739 addit Mommsen.

L. Cinna quis fuerit, in incerto relinquit Henzenus; Hula suspicatur eum fuisse praetorem a. 710, generum Cn. Pompei triumviri, patrem consulis a. p. C. 5; de homine praetorio alioquin ignoto cogitavit Mommsenus.

4 de M. Cornuto quaestio difficilis est; eum qui nominatur in actis a. 14. 20. 21 diversum esse ab hoc statuit Henzenus, quippe qui mortem ipse sibi consciverit a. 24 (*Tac. ann.* 4, 28), fortasse filium eius fuisse ratus. Hula Cornutum credit filium eius qui praetor se ipse interfecit a. 711, patrem alterius qui nominatur et in actis a. 14 et 21 et a Tacito: Mommsenus denique contendit unum eundemque Cornutum adfuisse in collegio a. 14. 20. 21. 28, eumque esse patrem praetorii illius cuius mentionem facit Tacitus.

TI. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS
a. 20. 21.

2 (inserendum ante n. 2024).

Fragmentum tabulae marmoreae altum m. 0,40, latum 0,20 repertum in coemeterio S. Valentini via Flaminia, nunc in repositis thermarum Diocletiani.

M
T QVINTIVS : *sic*
L CALPVRNIVS PISO
M CAECILIVS CORNVT
FABIVS PERSICVS CN
AVGVR
TI · CAESARE · IIII · DRVSO
III · EID · IAN
T · QVINCTIVS · CRISPI *sic*
MAG · MANIBVS · L
VE/ATO · SVB · DIV
EM /ACRIFICIV
DIAE
QVOD · BONVM · F
TVNATVMQV
QVE · ARVALI
STO · IVLIA
NEPOTIBV
SACRIFIC
D · V

Contuli. Gatti apud Fiorellium *Notizie degli scavi* 1888 p. 501, *bull. comm.* 1889 p. 119 et in tabula IV imaginem.

Cn. Domitium quod statuit Hula consulem esse a. 701 et 714 mihi non probatur: neque enim ultimo loco nominari potuit vir grandaevus et consularis post iuvenes et praetorios. Cn. Domitium Ahenobarbum patrem Neronis, qui consul fuit a. 32, adfuit in collegio a. 27. 33. 38. 39, intellegendum esse consentiunt Henzenus et Mommsenus.

Cn. Pompeium Q. f. consulem a. 723 esse opinatur Hula, reprehendens Henzenum qui eum composuit cum fratri Arvali nominato in actis p. C. 14: hunc enim eodem anno mortuum esse ipsorum actorum testimonio constare. At Mommsenus eundem credit esse hunc et Cn. Pompeium augurum qui ultimo loco notatur in actis a. 20 (vide infra p. 440).

Messalla Corvinus creditur Henzeno cos. a. p. C. 20, quamquam ei cognomen Corvini alibi non datur. Quod posuit Hula eum esse oratorem clarissimum, eo nomine offendit quod hic vir aevi provecti et nobilis rebus gestis non potest nominari post M. Cornutum iuvenem et praetorium (supplendum enim esse *M. Corn[elius* . . . contenderis argutius quam probabilius). Mommseno videtur intellegendus aliquis e Messallarum familia praeterea ignotus.

TI. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS
a. 20. 21.

m . . . .
T. Quintius C*rispinus Valerianus*
L. Calpurnius Piso *pontifex*
M. Caecilius Cornutus *Paullus*
Fabius Persicus Cn. *Pompeius*
augur
Ti. Caesare IIII Druso *Caesare ii cos*
III eid(us) Ian(uarias) Ian. 11
T. Quinctius Crispi*nus Valerianus*
mag. manibus l*autis capite*
ve*l*ato sub div*o contra orient-*
em sacrifici*um indixit deae*
Diae:
Quod bonum *faustum felix for-*
tunatumq*ue sit p(opulo) R(omano) Q(uiritibus) fratribus*
que Arvali*bus Ti Caesari Augu-*
st*o*, Iulia*e Augustae et liberis*
nepotibu*s totique domui eorum,*
Sacrifi*cium deae Diae hoc anno erit*
a. d. V*I* (?) *kal(endas) Iunias domi*
. . . .

20 littera prima D valde evanida est, at V et punctum quod praecedit

omnino certa. Scriptura quadratarios duos arguit, ita ut v. 1—6 melius scripti sint quam ceteri anno sequenti subiecti. Notandum est quadratarium priorem a punctis signandis abstinuisse, alterum suis locis posuisse, similiter atque in fastis Colotianis (Mommsen *Hermes* 10 p. 469—471).

5. 6 *Cn.* [*Cornelius Lentulus*] *augur* supplevit Gatti non recte; hic enim vir grandaevus et summi splendoris non potuit nominari ultimo loco. Statuit qui hac de re monuit Mommsenus (supra p. 305) intellegendum esse Cn. Pompeium Q. f., qui cooptatus est a. 14: nomini auguratum adiungi solitum esse quoad in vivis esset vir cognominis Cn. Pompeius Q. f. Arvalis et ipse, quo mortuo a. 21 augurem simpliciter appellari Cn. Pompeium Q. f.

11 spatium non capere vocabulum *columine* vel *culmine* sollemne in actis aetatis posterioris (Henzen p. 7) recte observavit Gatti l. c. p. 122: quod

---

C. CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS

a. 38.

3 (ad n. 2028).

Fragmenti *b* versus 1—4 parum recte editi sunt in Corporis vol. VI; scilicet ita est vel fuit in lapide:

Q
GER
MIH
C · C

VM
RORI
FICIVM · IN
RIS AVGVSTI GERMAN

---

a. 38—41.

4 (inserendum ante n. 2029).

Fragmentum repertum in alveo Tiberis prope Marmoratam, nunc in thermis Diocletiani in repositis.

VI
MINER
VACCAM
CAM · GEN
ANTE · TEM
DIVAE · D
VACCAM
DIAE

Contuli. Gamurrini apud Fiorellium *Notizie degli scavi* 1888 p. 227.

tamen idem secutus Mommsenum (apud Henzenum *relazione* p. 51) statuit, *columine* accipiendum esse de templi fastigio, ideoque ibi tantum culminis mentionem fieri potuisse, ubi aedificium *versus orientem* directum esset (quale est templum Concordiae, cum Pantheon directum sit ad septentrionem), mihi non persuasit. Crediderim culmen referendum esse ad sacerdotem ipsum (ut est apud Livium 1, 34, 9 *culmen summum hominis*), neque re vera aliquid interesse inter locutiones *versus orientem* et *culmine versus orientem.*

20 anno p. C. 21 sacrificium deae Diae non fuisse, id quod expectaveris secundum canones ab Henzeno (p. 4) propositos, diebus 17. 19. 20 mensis Mai, sed postremis fere iam constat. Unde recte fortasse suspicatus est Hula (l. c. p. 26), sacrum hoc ante Gai aetatem re vera fuisse non statum, sed indictivum.

C. CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS

a. 38.

Frustulum cuius litteras inclinavimus repertum post alterum a. 1869 (itaque omissum apud Henzenum *relazione* p. 5) rursus in museo a nobis frustra quaesitum est; locum ita restituit Mommsenus in huius Ephemeridis vol. V p. 158:

Q*uod bonum faust*um *felix fortunatum salutareq(ue) sit C. Caesari Aug.* Ger*manico ipsi* sorori*busq(ue) eius p(opulo) R(omano) Quiritibus fratribus*mihi*que: sacri*ficium in *luco domoque* |*que Arvalibus* C. *Caes*aris Augusti Germa*nici magistri erit* . . . .

a. 38—41.

immolavit
Iovi bovem marem, Iunoni vaccam,
Miner*vae vaccam, Saluti publicae* (?)
vaccam, *Felicitati* (?) *vac-*
cam, gen*io ipsius taurum, et*
ante tem*plum divi Augusti novum*
divae D*rusillae sorori Germanici Aug.*
vaccam, *item in luco deae*
Diae . . . .

Primum in lapide hic habemus Divae Drusillae nomen: unde iam tolluntur dubitationes quas movit Hirschfeldius *Wiener Studien* 1881 p. 267. Neque tamen cum Gamurrinio hoc fragmentum ad Divae Drusillae natalem ab Arvalibus celebratum referendum esse affirmaverim.

a. 39.

5 (ad n. 2029).

Fragmentum altum m. 0.25, latum m. 0.15 repertum in via *dei Baullari*, deinde apud curatores rerum antiquarum in urbe constitutos, nunc in thermis Diocletiani in repositis.

OVEM MAREM · IM
TATILIVS · CORVIN
S · PAVLLVS · FABIVS · P
OVS · FEBR
ET · PROMACISTRO · C *sic*
NOMINE · NATALI
LIO · IOVI · O · M · BOVF
·
ABIVS · PERSICVS · TA
CINA · LARGVS · P · M

K · APRILES ·
I · ET · PROMAGISTRO · C
NOMINE · QVOD · HOC
ICVS · AB SENATV · IMP
IOV · BOVEM

Contuli. Henzen *bull. arch. comm.* 1884 p. 240 et in tabula XXII imaginem.

6 natalem indicatum esse alicuius ex sororibus aut ex coniugibus Gai suspicatus est Henzenus. Atqui natam esse scimus Agrippinam a. d. VIII idus Novembres, Livillam ultimis mensibus anni p. C. 17; de Drusilla minus constat, attamen ipsa quoque anno exeunte nata est (Mommsen *Hermes* 13, 254 sq.). Has igitur in censum hoc loco non venire apparet. Uxorem

a. 39.

pr. k. febr. Ian. 31
L. Salvius Otho flamen et pro magistro collegii
fratrum Arvalium nomine natali Antoniae Aug(ustae)
*in Capitolio Iovi o(ptimo) m(aximo) b*ovem marem im*molavit.*
*adfuerunt Taurus S*tatilius Corvin*us* . . . .
. . . . s, Paullus Fabius P*ersicus*
a(nte) d(iem) . . . *i*dus Febr(uarias) Febr. 6—12
L. Salvius Otho flamen et promagistro *collegii*
fratrum Arvalium nomine natali . . . .
. . . . . . *in Capito*lio Iovi *o(ptimo) m(aximo)* bove*m marem*
immolavit
*adfuerunt Paullus F*abius Persicus, Ta*urus Statilius*
*Corvinus, C. Cae*cina Largus, P. M*emmius Re-*
gulus. .
a(nte) d(iem) XV k(alendas) Apriles Mart. 18
*L. Salvius Otho flame*n et promagistro *collegii*
fratrum Arvalium nomine, quod hoc *die C. Cae-*
*sar Augustus Germani*cus ab senatu imp*erator appel-*
latus est, in Capitolio Io*v*i bovem, *Iunoni*
vaccam, Minervae vaccam immolavit, ante
templum novom Divo Augusto bovem . . . .

secundam — nam de prima, Livia Orestilla ducta a. 37 et mox repudiata cogitari nequit — Gaius duxerat Lolliam Paulinam paucis diebus post mortem Drusillae (Dio 59, 12): haec cum consecrata sit exeunte mense Septembri a. 38, matrimonium tertium contractum est mense fere Octobri eiusdem anni, et potest natalis Augustae celebratus esse a fratribus Arvalibus inter Febr. 6 et 12 anni insequentis. De Caesonia vide infra p. 327.

a. 40.

6 (ad n. 2030).

In domo Coritii nostri FLOR.

NICIANVS
CAPITOLIO
MAGISTRO · MAGISTERII L ·
GI FRATRVM · ARVA
ALEM · GERMANICI TAVR
REM · IVNONI · VACCAM M
IMMOLAVIT
VS · M · SILANV · C · CAECINA *sic*
TILIVS · CORVINVS
K IVNIS
GISTRO · MAGISTERII
VLI · CONLEGI · FRATRVM · AR
MINE · AD · DEAM · DIAM · VACCAM
ADFVERVNT
AESAR AVG · GERMANICVS
ARGVS · TAVRVS · STATILIVS
NNIVS · VINICIANVS · C
PISO · M · SILANVS
N · IVN · IN · CAPITOLIO
MAGISTRO · MAGISTERII
CVLI · CONLEGI · FRATRVM
MINE · OB · NATALEM
C · AVG · IOVI · BOVEM · MAREM
AM · MINERVAE · VACCAM
ECINA · LARGVS · M · SILANVS
CIANVS · C · CALPVRNIVS · PISO

Anonymus saec. XVI in codice musei Florentini n. 8 (olim Strozziorum) p. 42 (inde Donius 9, 29 ex quo Mur. 585, 1; Marini tab. VIII; Henzen p. L. LI).

Codex qui solus fragmentum hoc et n. 8. 9 servavit, scriptus est c. a. 1520—1530 a viro docto Romae degente[1]), assecla fortasse Pomponi Laeti, qui

[1]) Velut ad titulum VI, 551, quem ceteri auctores collocant in vinea card. Carpensis, Anonymus (p. 130) adnotat: '*paucis ante annis vidimus effodi ad vineam R. D. Aldobrandini Nicosini archiepiscopi* (est Aldobrandinus Ursinus, qui advixit ad Clementis VII tempora, mortuus c. a. 1530) *extra portam Flaminiam dextrorsus euntibus propter urbis moenia sursum versus*'. Amicos laudat Coritium († a. 1527) et Pierium Valerianum (1476—1558); perperam igitur in schedula codici inserta (saec. XVII scriptura arguit) auctor fuisse dicitur Franciscus Robortellus (1516—1567). E contrario Strozzius ipse erravit cum inscriptiones ex hoc codice desumptas citat 'ex Domino Angelo Acciaiuolo 1465' (cf. Bormann C. I. L. XI p. 335).

a. 40.

I.

adfuerunt:
. . . . *L. Annius Vi*nicianus
VIIII k. Iunias in Capitolio Mai. 24
. . . . *pro* magistro magisterii
*P. Memmi Reguli conleg*i fratrum Arva-
*lium nomine ob nat*alem Germanici
*Caesaris Iovi bovem ma*rem, Iunoni vaccam,
Minervae vaccam immolavit.
Adfuerunt . . . us, M. Silanus, C. Caecina
*Largus, Taurus Sta*tilius Corvinus
k(alendis) Iunis Iun. 1
. . . . *pro ma*gistro magisterii
*P. Memmi Reg*uli conlegi fratrum Ar-
*valium n*omine ad deam Diam vaccam
immolavit. Adfuerunt
*imp(erator) C. C*aesar Aug. Germanicus,
*C. Caecina L*argus, Taurus Statilius
*Corvinus, L. A*nnius Vinicianus, C.
Calpurnius Piso, M. Silanus.
a(nte) d(iem) . . . *no*n(as) Iun(ias) in Capitolio Iun. 2–6
. . . . *pro* magistro magisterii
*P. Memmi Reg*uli conlegi fratrum
*Arvalium n*omine ob natalem [Caesoniae]
C. Caesaris Germanic(i) Aug(usti) Iovi bovem marem,
*Iunoni vacc*am, Minervae vaccam
*immolavit. Adfuerunt C. Ca*ecina Largus, M. Silanus,
*L. Annius Vini*cianus, C. Calpurnius Piso

II.

L . . . . .
Taur*us Statilius Corvinus?*
M . . . .

ad disquisitiones grammaticas inscriptiones adhibere instituerat. Notitiam libri debemus Bormanno nostro. Apographa cum cura facta sunt et Accursianis fere aequiperanda; notant vel apices et litteras eminentes. Quod autem fragmenta haec prodierunt pravis supplementis inquinata ideoque fere inutilia, factum est non culpa auctoris, qui in codice religiose a litteris in lapide servatis distinxit supplementa sua colore rubro adscripta, sed oscitantia Gorii (is enim ad Donii librum excerpta ex hoc codice addidit, cf. praef. p. XX), qui omnia confusa et indistincta typis expressit. Supplendis

his fragmentis anonymum imparem fuisse nemo mirabitur: nos abiectis eius temptaminibus certiora proponere conabimur.

3. 4 hic, ut infra 11. 12. 20. 21 is qui collegio praeest appellatur modo plane insolito *promagister magisterii illius*: neque enim reperto apographo egregio haec mutare licebit, sicut fecit Henzenus, in *promagister conlegi*. Nomen magistri cum ubicunque mutilum ad nos pervenerit (. . . *uli* v. 11, . . . *culi* v. 21), dubitans posui P. Memmium Regulum, qui in collegium

---

TI. CLAVDIVS CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS

a. 50—54.

7 (ad n. 2034).

V. 12—15 quae in lapide sunt:

PPITER OPTIME MAXIME QVAE
QVOD · HODIE · VOƎIMVS · ASTV · EA' · IT
QVOD · CONLEGIVM · FRATRVM · AR
RI · ƎOƎEMVS · ESSE · FVRVM *sic*

---

a. 50—54.

8 (ad n. 2035).

Ex alia Coritianorum tabella Flor.

PERSICVS · IOVI BO
MAREM · ADFVIT · M · S
IX · K · OCT
NATALE · DIVI · AVG · IN · CAPI
LIO · IMMOLAVIT · L · VITELLIV
MAGISTER · PRO · COLLEGI
FRATRVM · ARVALIVM · IO
BOVEM · MAREM · AD · AR
GENTIS · IVLIAE · VACCAM
ADFVERVNT · C · CAECINA · LA
SILANVS · STATILIVS
VIII · K · OC
IN · PALATIO · L · VI
PRO · COLLEGIO
LIVM IMMO
BOVEM MA
VACCAM

Cod. musei Florentini 8 p. 43 (inde Gorius col. Liv p. 217, idem apud Donium ed. 9, 28; ex Donio Mur. 586, 1; Marini tab. XI; Henzen p. LIX).

cooptatus est a. 38 (cf. Henzen p. 191). Nota hoc anno sacrificium deae Diae factum esse non Mai. 27. 29. 30 sed 17. 19. 20.

22. 23 Caesoniae nomen hic erasum esse probabilissime coniecit Mommsen (apud Henzenum p. LI): ex sororibus Gai nullam hic nominari potuisse apparet ex eis quae modo p. 442. 443 adnotavimus. Gaius Caesoniam uxorem duxit anno 39, ut videtur, exeunte, trigesimoque die post infantem ex ea suscepit Iuliam Drusillam, de qua cogitari hic non posse manifestum est.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS

a. 50—54.

Mommsenus huius Ephemeridis vol. IV p. 226 collatis actis a. 28 restituit sic:

*Iu*ppiter optime maxime, quae *in verba tibi b*(*ove*) *a*(*urato*) *vovimus esse* |*futurum*
quod hodie vovimus, astu ea it*a faxsis, tum tibi donum*
quod conlegium fratrum A*rvalium volet, p. XXV*
*au*ri vovemus esse fu*tu*rum.

---

a. 50—54.

immolavit Paullus Fabius
Persicus Iovi b*ovem*
marem. Adfuit M. S*ilanus*
IX k(alendas) Oct(obres) Sept. 23
natale divi Aug(usti) in Capi*to*-
lio immolavit L. Vitelliu*s*
magister pro collegi*o*
fratrum Arvalium Io*vi*
bovem marem, ad ar*am*
gentis Iuliae vaccam
adfuerunt C. Caecina Lar*gus, M.*
Silanus, Statilius *Corvinus*
VIII k(alendas) Oc*t*(*obres*) Sept. 24
in Palatio L. Vi*tellius mag*(*ister*)
pro collegio *fratrum Arva*-
lium immo*lavit divo Aug*(*usto*)
bovem ma*rem et* . . . . .
vaccam . . . .

NERO CLAVDIVS CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS

a. 55.

9 (ad n. 2037).

Marmoreae tabellae fragmentum apud Coritium nostrum Flor.

CN · LENTVLO · GAETVLICO · T · CVRTILIO · M
III · IDVS · DECEMBR · IN · SACRA · VI
P · MEMMIVS · REGVLVS · PRO · MAGISTRO · FRATRVM
NERONIS · CLAVDI · CAESARIS · AVG · GERMANICI · PR
DOMVM · DOMITIANAM · OB · MEMORIAM · DOM
XVIII · K · IANVAR · IN · CAPITOLI
P · MEMMIVS · REGVLVS · PROMAGISTRO · FRA
NERONIS · CLAVDI · CAESARIS · AVG · GER
IMMOLAVIT · IOVI · O · M · BOVEM · M
SALVTI · EIVS · B · M · GENIO · IPSI
IN · CONLEGIO ·
P · MEMMIVS · REGVLVS
FAVSTVS · CORNELIV
CN · LEN

Codex musei Florentini n. 8 p. 121 (inde Donius ed. 9, 30, ex quo Mur. 585, 2; Marini tab. XII; Henzen p. LXI).

IMP. CAESAR VESPASIANVS AVGVSTVS.

a. 78.

10 (ad n. 2056).

Vestigia v. 36 sic excepi IVLASIO · NEP: litterae magnae sunt, ut moris est in consulatuum notis. Nomen fortasse explet fistula aquaria ante aliquot annos in urbe reperta: SEX · VITVLASI · NEPOTIS, quam nobiscum communicavit Lancianius. Eius nominis virum ceteroquin ignotum fasces gessisse statuendum erit mense Aprile a. 78.

IMP. CAESAR NERVA TRAIANVS AVGVSTVS.

a. 105.

11 (ad n. 2075).

Versus II, 28. 29. 30 ita explentur reperto frustulo novo

aput M · VALERIVM *t*REBICIVM *de*CIANVM MAG · FRATRES ARVAL · AD
*consumma*NDVM *sac*RIFICIVM DEAE · DIAE · ET · INTER CENAM · M · VALERIVS
*trebiciu*S · DECIAN*us* AESI*us* POSTVMVS · TI · IVLIVS · CANDIDVS *cet.*

Contuli lapidem. Henzen in addendis ad vol. VI p. 864.

29 fuit NDVM, non ONSVM. — 30 fuit AESI, non *m*AECI*us*; erravisse necesse est quadratarius.

NERO CLAVDIVS CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS

a. 55.


Cn. Lentulo Gaetulico, T. Curtilio M*ancia cos.*
III idus Decembr(es) in sacra vi*a* Dec. 11
P. Memmius Regulus pro magistro fratrum *Arvalium ex edicto?*
Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Germanici pr*incipis parentisque pu-*
|blici ante
domum Domitianam ob memoriam Domi*tii patris eius bovem marem*
XVIII k(alendas) Ianuarias in Capitoli*o* Dec. 15
P. Memmius Regulus pro magistro fra*trum Arvalium nomine ob natalem*
Neronis Claudi Caesaris Aug(usti) Ger*manici principis parentisque publici:*
immolavit Iovi o(ptimo) m(aximo) bovem m*arem, Iunoni vaccam, Miner-*
|vae vaccam
saluti eius b(ovem) m(arem), Genio ipsi*us taurum*
in conlegio *adfuerunt* . . . .
P. Memmius Regulus . . . .
Faustus Corneliu*s* . . . .
Cn. Len . . . .


1 non recte hic pro consulatu nomina fratrum Arvalium duorum reposuisse Henzenum constat posteaquam repertae sunt tabellae ceratae Pompeianae n. 7. 50. 127 ed. de Petra (cf. Mommsen *Hermes* 12, 127), eorundem consulum nominibus insignes et mense Decembri perscriptae omnes. T. Curtilius cum legationem Germaniae superioris obtinuerit a. 56—58, fasces ante eum annum gesserit necesse est.

---

a. 105.

Ad eandem tabulam n. 2075 videntur pertinere fragmenta haec sedis incertae





Henzen in addendis ad vol. VI p. 864.

---

a. inc., circa a. 116—118.

12 fragmentum repertum in vinea Ceccarelli.



Henzen in addendis ad vol. VI p. 864.

Agnoscuntur nomina M. Valeri Trebici Deciani et C. Vitori Hosidi Getae.

anni incerti.

13 fragmentum altum m. 0,095, latum m. 0,11 repertum in alveo Tiberis ad pontem Sixtum, nunc in thermis Diocletiani in repositis.

MIHIQV
EM VI K IVN
K IVNIAS IN
ONSVMMABI
SIVNIANVS
TVS TI IVLIV

Gatti apud Fiorellium *Notizie degli scavi* 1886 p. 419, *bull. comun.* 1885 p. 163 n. 1089.

Quod bonum faustum felix fortunatumque sit
imp. Caesari . . . Traiano Hadriano Augusto
totique domui eius, populo Romano Quiritibus
fratribusque Arvalibus mihique: *sacrificium deae Diae*
*hoc anno erit ante di*em VI k(alendas) Iun*ias domi,*
ante diem IIII k(alendas) Iunias in *luco et domi, ante diem* Mai. 27
III k(alendas) Iun(ias) domi consummabitur. *Adfuerunt in* 29
*collegio M. Valeriu*s Iunianus 30
. . . . tus, Ti. Iuliu*s Candidus*

Verbum *mihique* quod in indictionis carmine adest, cum omissum sit certe inde ab a. 118 (Henzen p. 8), contra tertio die sacrificium dicatur *consummari*, quod ante eundem annum 118 in usu non fuit (ib. p. 9), ultimis Traiani annis fragmentum hoc recte attribuit Gatti.

IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVGVSTVS

a. 125. 126.

14 (ad n. 2082).

In frustulo *a* post notam piaculorum factorum ob incisa acta magisterii anni praecedentis ita legendum et supplendum esse

*a N*NIO · VERO
II*i nonas ianuarias*
*magiste*RIO . . . .

collato ectypo adnotavi: ex nomine Anni N prius iam non apparet. Tollitur igitur, id quod in Henzeni restitutione offendebat, numerus consulatus iterati suo versu positus: at dubitari potest, utrum revera ad a. 126 frag-

mentum pertineat, an ad a. 106, quo consules fuerunt L. Ceionius Commodus Aurelius Annius Verus et . . . . Cerialis. De anno 121 quo M. Annius Verus fasces iterum gessit, cogitari non potest, cum nota piaculi facti propter incisionem actorum a. 120 extet in lapide VI, 2080 v. 56—61.

IMP. CAESAR T. AELIVS HADRIANVS ANTONINVS AVGVSTVS PIVS.

a. 145.

15 (ad n. 2085) fragmenta quattuor tabulae eiusdem: *a* altum m. 0,21, latum m. 0,35, *b* altum m. 0,46, latum m. 0,70, *c* altum m. 0,12, latum m. 0,13, *d* altum m. 0,18, latum m. 0,13. Fragmentum *a* repertum est mense Maio a. 1768 in magno coemeterio sub vinea Viscardi via Tiburtina e regione S. Laurentii, teste Reggio, nunc servatur imminutum in museo Vaticano (Gall. lap. mag. IV). — *b c d* reperta sunt his annis (*b* a. 1883, *c* a. 1886, *d* a. 1882) in vinea extra portam S. Laurentii e regione basilicae; *b d* servantur in thermis Diocletiani in repositis.

a

IMP · CAESARE · T · AELIO · HADRIA · ·
ANTONINO · AVG · PIO · IIII
M · AELIO · A*VRELIO · CAESARE · I . .*
III · NON*AS · IANVARIAS*
M*AGISTER . . . .*
M · AELI · AVRELI*CAE . . . . .*
SI

Imp(eratore) Caesare T. Aelio Hadria*no*
Antonino Aug(usto) Pio IIII
M. Aelio Aurelio Caesare I*I co*(*n*)*s*(*ulibus*)
III non(as) Ianuarias Ian. 3
magister*io*
M. Aeli Aureli Cae*saris*
per Ti. Licinium Cassium Cassianum promagistrum in Capitolio |votorum nuncupandorum causa pro salute imp. Caesaris T. Aeli Hadriani Antonini Aug. Pii patris patriae

b

ASSIVS
ANTONIVS A
VS ALEXANDER
ISDEM COS
S CONCORDIAE FRATRES ARVALES SACR
NVS PROMAG MANIBVS LAVTIS VELATO CAPITE S
LEGIS · SVIS · INDIXIT
D BONVM FAVSTVM FELIX FORTVNATVM SALVTAREQVE SIT IMP CA
PRONEPOTI † AELIO HADRIANO ANTONINO AVGVSTO PIO PONTIF MA
PARENTIQVE NOSTRO ET M AELIO AVRELIO CAESARI FILIO ET CETERIS
ROMANO QVIRITIBVS FRATRIBVSQVE ARVALIBVS
SACRIFICIVM DEAE DIAE HOC ANNO ERIT ANTE DIEM XVI K IVN DOMI ANTE DI
· IVN DOMI CONSVMMABITVR ADFVERVNT IN COLLEGIO TI LICINIVS CASSIVS CA
M FABIVS IVLIANVS HERACLEO OPTATIANVS M VALERIVS HOMVLLVS TI IVLIVS CANDID
CN CORNELIO PROCVLO D IVNIO
XVI K IVN IN PALATIO IN AEDE DIVORVM PER TI LICINIVM CASSIVM CASSIANVM PRO
SACRIFICIVM DEAE DIAE TVRE VINO FECERVNT IBIQVE DISCVMBENTES TORALIBVS SEGMENTA
PATRIMI ET MATRIMI SENATORVM FILI PRAETEXTATI CVM PVBLICIS AT ARAM RETVLERVNT L
CALPVRNIANVS A LARCIVS LEPIDVS PLARIANVS Q IVNIVS MAVRICVS ADFVERVNT IN COLLEGIO T
MAG TI IVLIVS CANDIDVS CAECILIVS SIMPLEX TI IVLIVS IVLIANVS ALEXANDER L ANTONIVS
M VALERIVS IVNIANVS M FABIVS IVLIANVS HERACLEO OPTATIANVS L DIGITIVS BASSVS
ISDEM COS · XIIII · K ·
IN LVCO DEAE DIAE TI LICINIVS CASSIVS CASSIANVS PRO MAG AD ARAM IMMOLAVIT PORCAS PIA
ET OPERIS FACIVNDI IBIQVE VACCAM HONORARIAM ALBAM AD FOCVLVM DEAE DIAE IMMOLAVIT

c

CASSIVS
AE DIAE CVM

NERVAE
IPI

b

fratres Arvales convenerunt Ti. Licinius Cassius *Cassianus promag* . . . .

. . . . *L.* Antonius A*lbus* . . . . .

. . . . *Ti. Iulius Julian*us Alexander.

isdem cos. *VII idus Ianuarias* Ian. 7

*in pronao aedi*s Concordiae fratres Arvales sacr*ificium deae Diae in-* |*dixerunt, ibique Ti. Licinius* Cassius

*Cassian*us promag(ister) manibus lautis velato capite s*ub divo, columine* |*contra orientem, sacrificium dea*e Diae cum

*col*legis suis indixit:

*quo*d bonum faustum felix fortunatum salutareque sit imp. Cae*sari divi* |*Hadriani filio divi Traiani nepoti divi* Nervae

pronepoti T. Aelio Hadriano Antonino Augusto Pio pontif(ici) ma*ximo* |*trib. potest(ate) VIII cos. IIII imp. II patri patriae prin*cipi

parentique nostro, et M. Aelio Aurelio Caesari filio, et ceteris *liberis* |*totique domui eius, et senatui, populoque*

Romano Quiritibus, fratribusque Arvalibus:

Sacrificium deae Diae hoc anno erit ante diem XVI k(alendas) Iun(ias) |domi, ante *diem XIV k(alendas) Iun(ias) in luco et domi, ante* |*diem XIII k(alendas)* Mai. 17, 19, 20

Iun(ias) domi consummabitur. Adfuerunt in collegio Ti. Licinius Cassius |C*assianus promag* . . . .

M. Fabius Iulianus Heracleo Optatianus, M. Valerius Homullus, Ti. Iulius |Candid*us Caecilius Simplex.*

Cn. Cornelio Proculo D. Iunio . . . . *cos.*

XVI k(alendas) Iun(ias) in Palatio in aede divorum per Ti. Licinium |Cassium Cassianum pro*mag(istrum) fratres Arvales praetextati* Mai. 17

sacrificium deae Diae ture vino fecerunt, ibique discumbentes toralibus |segmenta*tis ture et vino fecerunt: pueri*

patrimi et matrimi senatorum fili praetextati cum publicis ad aram re- |tulerunt L . . . .

Calpurnianus, A. Larcius Lepidus Plarianus, Q. Iunius Mauricus. Ad- |fuerunt in collegio T*i. Licinius Cassius Cassianus pro*

mag(ister), Ti. Iulius Candidus Caecilius Simplex, Ti. Iulius Iulianus |Alexander, L. Antonius *Albus* . . . .

M. Valerius Iunianus, M. Fabius Iulianus Heracleo Optatianus, L. |Digitius Bassus.


isdem cos. XIIII k(alendas) *Iunias* Mai. 19

in luco deae Diae Ti. Licinius Cassius Cassianus promag. ad aram |immolavit porcas pia*culares duas luci coinquiendi*

et operis faciundi, ibique vaccam honorariam albam ad foculum deae |Diae immolavit, *ibique sacerdotes in tetrastylo*

consederunt et ex sacrificio epulati sunt; sumptisque praetextis et coronis |*spiceis vittatis lucum deae Diae*

d



summoto ascenderunt, et per Ti. Licinium Cass*ium Cassianum promag. et* |*per* . . . . *pro flamine*

agnam opimam immolarunt, perfectoque sacrificio omnes *ture vino fece*|*runt: deinde coronis inlatis signisque unctis*

. . . . *ex sat*urnalibus pri|m*is in saturnalia secunda magistrum annuum fecerunt*

isdem co(n)s(ulibus) *XIII k(alendas) Iunias*

. . . . a frugium repetit . . . .

. . . . rit sacro facto . . . .

. . . . *ibique in tetrastylo discumbente*s aput M. Aelium A*urelium* |*Caesarem mag(istrum) epulati sunt: post epulas riciniatus soliatus coronatus Ti. Licinius Cassius Cassianus* promag. summoto *supra* |*carceres ascendit et signum quadrigis et desultoribus misit; praesidente Ti. Iulio Iuliano Alexan*dro, victores palm*is et coronis* |*argenteis honoravit. Adfuerunt in collegio Ti. Licinius Cassius Cassianus promag. Ti. Iu*lius Candidus C*aecilius* |*Simplex* . . . .

Descripsit quod superest ex fragmento *a* Henzen, contuli ego lapides *a b d*, ectypum fragmenti *c*. Fragmentum *a* integrum solus Reggius apud Marinium sched. Vat. (inde Marini Arv. tab. XXIX); quod superest Marini Vat. 9124 f. 21; Visconti Paris 7 f. 251. Fragmentum *b* edidit Henzen *Bull. dell' Istituto* 1883 p. 110, fragmentum *c* Gatti apud Fiorellium *Notizie degli scavi* 1886 p. 405, *Bull. comunale* 1886 p. 361 n. 1390; fragmentum *d* de Rossi *Bull. dell' Istituto* 1882 p. 72. 73.

7 litterae SI nunc desunt, eas notat solus Marinius.

9. 13. 21. 24. 27. 31. 34. 41. 43 Ti. Licinius Cassius Cassianus alioquin ignotus.

23 Cn. Cornelius Proculus is est qui Lyciam rexit annis fere 139—141, quique dicitur pleno nomine Γναῖος Ἄρριος Κορνήλιος Πρόκλος in titulo Cyanensi (Lebas-Wadd. 1286), Κορνήλιος Πρόκλος in documentis sepulcro Opromoae Rhodiapolitani inscriptis (ut recte observavit Loewy apud Petersenum *Reisen im südwestlichen Kleinasien* II p. 124. 133). Ad eundem rescripsit Antoninus Pius (Dig. 2, 8, 7) et divi fratres (Dig. 26, 5, 24. 48, 18, 14).

D. Iunius . . . . quis fuerit incertum.

27 de . . Calpurniano non magis constat.

A. Larcius Lepidus Plarianus ex familia Ostiensi Egriliorum Plarianorum videtur esse, de quibus cf. Dessau ad C. I. L. XIV, 72. 155. 281. 399. Quae extant in albo dendrophorum Ostiensium (XIV, 281) aetatis fere Septimi Severi:

*patr*ONI
/////////CVS · EGRIL · PLARIAN
////////F · LARCIVS · LEPIDV S
//////// PLARIANV S

utrum ad tres homines referendum sit, an v. 2. 3 ita intellegendi [*M. Acilius Pris*]*cus Egril*(*i*) *Plarian*(*i*) [. . . .] *f*(*ilius*) *Larcius Lepidus*, mihi dubium.

Q. Iunius Mauricus fortasse is est ad quem rescripsit Divus Pius Dig. 36, 3, 1, 11.

29 L. Digitius Bassus aliunde non notus.

31. 32 'Quae in sacris Arvalium die secundo immolari solet post *porcos piaculares vacca honoraria*, cum adhuc diximus inde appellatam videri, quod diis sacra fiunt *honoris ergo*, verba dedimus; nam quod omnibus commune est, ad speciem distinguendam non potest usurpari, quasi ei proprium esset. At quid subsit, significatur ipsis actis Arvalium, quae victimis honorariis opponunt piaculares. Nam piaculum qui facit, debitum solvit; contra vacca illa ideo honoraria appellatur, quod sponte donata deae immolatur'. Haec Mommsenus in commentario de ludis saecularibus (*Monumenti antichi pubbl. dall' Acc. dei Lincei* I p. 667. 668 = supra p. 271).

36 electio magistri primo die fit more plane insolito, cum ceteris annis omnino die secundo post coronationem dearum et ante epulum perficiatur. Cf. Henzen p. 34.

38 spectant ad caerimoniam de qua acta a. 218 (Henzen p. 26): *duo* (sacerdotes) *ad fruges petendas cum public*[*i*]*s desciderunt et reversi dextra dederunt, laeva receperunt, deinde a*[*d*] *alterutrum sibi redd*(*iderunt*) *et public*(*is*) *frug*(*es*) *tradider*(*unt*).

39 requiritur fere nota tripodationis et dearum coronationis: sed verba longe recedere a ceteris eius aetatis actis (v. Henzen p. 25) apparet.

IMP. CAESAR M. AVRELIVS ANTONINVS AVGVSTVS

anni incerti inter annos 166 et 169.

16 (inserendum post n. 2092) Fragmentum altum m. 0,22, latum m. 0,25. Mense Februario a. 1892 extabat apud antiquarium quendam, a quo emi ego.

EM · SERVAVE
ARTH · MAX · FRATRI · DIVI
IIVM · REM · PVBL · P · R · Q · REGI
IC · ET · COMMODO · CAES · CETERISQV
ASTV · EA · ITA · FAXIS · TVNC · TIBI · NOM
PVNT · IN COLLEGIO · T · FL · SVLPICIAN
IVS · CELSVS · VALERIVS · IVNIA
· M · B · M · IVNONI · RE

Descripsi.

3 in. NIVM potius videtur esse quam VIVM. — 4 in. utrum fuerit IC an VG ambiguum. — Infra sunt vestigia versus noni plane incerta.

Pertinet ad vota anno ineunte pro salute imperatorum et rei publicae facta: formulae similes sunt perscriptis in actis M. Aurel. *BCD*, neque tamen eaedem, ita ut plene restitui nequeant. Exaratum est fragmentum post diem Octobr. 12 a. 166, quo Commodus Caesar appellatus est, et ante annum 170, quo defunctus est L. Verus Augustus.

3 *regi*[*ones* supplementum certum videtur: idem restituendum in actis aetatis Marci Aureli *CDG* (C. I. L. VI, 2093. 2094. 2097), ubi *nationes* proposuerat Henzenus p. 103.

FRAGMENTA SEDIS INCERTAE.

A.

Fragmentum altum m. 0,18, latum m. 0,12, in thermis Diocletiani in repositis, quo inlatum esse ab Angelo Pellegrinio ipsi lapidi adscriptum est.

AN
ANN · FEC
A · DIXERVN
AD MVTANDVM
S IN TETRASTVLOS
M · VNG · CONTEG · ET
ARIORVM DIVISAE
NIAT · GALLICAT · CORO
CARCAR · CIRC · ADSCENDI
GIS DESVLTORIBVS

Descripsi. Henzen *Mittheilungen des röm. Instituts* 1887 p. 141.

IMP. CAESAR M. AVRELIVS ANTONINVS AVGVSTVS

anni incerti inter annos 166 et 169.

. . . em servave[*ris* . . . .
imp(eratori) Caesari M. Aur(elii) Antonini Aug(usti) Parth(ici) Max(imi) |fratri, divi *Antonini f(ilio) L. Aurelio Vero Aug(usto)*
. . . . nium, rem publ(icam) p(opuli) R(omani) Q(uiritium) regio- |*nesque quae sunt sub dicione p(opuli) R(omani) Q(uiritium) salvos servaveris*
et Imp(eratori) Caesari M. Aurelio Antonino Augusto et L. Aurelio Vero |*A*ug(usto) et Commodo Caes(ari) ceterisqu*e omnibus* |*domus Augustae eventum bonum, ita uti nos*
sentimus dicere, dederis, astu ea ita faxis: tunc tibi nom*ine collegi fratrum* |*Arvalium*
. . . . . *vovemus esse futurum. Adfue*runt in collegio T. Fl(avius) Sul- |pician*us* . .
. . . . ius Celsus, Valerius Iunia*nus*
Isdem consulibus illa die ille magister immolavit Iovi o(ptimo) m(aximo) |b(ovem) m(arem), Iunoni Re*ginae vaccam* . .

7 M. Valerius Iunianus qui nominatur in actis a. 119. 122 (eo anno pro magistro functus) diversus sit necesse est ab hoc; uter adfuerit in collegio a. 145 (supra p. 333). 155 et fr. Pii *A*, non liquet.

. . . ius Celsus quis sit, incertum; littera I cum supra lineam emineat, videtur supplendum nomen in *-eius* desinens.

FRAGMENTA SEDIS INCERTAE.

A.


. . . an . . . . .
illum magistrum ann(uum) fec*erunt*
*ibique felici*a dixerun*t. Et desciderunt lucum*
. . . . *a*d mutand*um vestitum* . . . .
. . . . *discumbente*s in tetrastulo s . . . . *epulati sunt*
. . . . m ung(uenta) conteg(erunt) et . . . .
*mensam secundam bell*ariorum divisae*runt* . . . .
*Post epulas rici*niat(us) gallicat(us) coro*natus ille magister*
summoto supra carcar(es) circ(i) adscendi*t et signum*
*quadrigis bi*gis desultoribus *misit praesid(ente)* . . . . . . *ad cretam*

Litterae pessimae sunt et aetati Severi Alexandri vel Gordiani aptae. Infra scripturam spatium versuum duorum vacat.

Pertinet ad sacri Deae Diae diem secundum neque tamen cum eis quae composuit Henzen p. 27 plane convenit. — 5 *unguenta contegerunt* intellegendum est, idemque restituendum in descriptione diei primi a. 218 (VI, 2104 v. 15), ubi *frum*]*enta* suppleverat Marinius, *pulm*]*enta* Henzenus. — 7 *gallicatus* ascendisse dicitur magister primum hoc loco; usque ad a. 213 solemne est *soliatus*, a. 218. 219 quo pedum indumento usus sit non adnotatur. Recte autem Henzenus attulit locum Gellii 13, 22: *T. Castricius . . . cum . . . discipulos quosdam suos senatores vidissit die feriato tunicis et lacernis indutos et gallicis calciatos, 'equidem' inquit, 'maluissem vos togatos esse: si pigitum est, cinctos saltem et paenulatos. Sed si hic vester huiusmodi vestitus de multo iam usu ignoscibilis est, soleatus tamen vos, populi Romani senatores, per urbis vias ingredi nequaquam decorum est. . . . Plerique autem ex his, qui audierant, requirebant, cur 'soleatos' dixisset, qui gallicas, non soleas haberent. Sed Castricius profecto scite atque incorrupte locutus est: omnia enim ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infimae teguntur, cetera prope nuda et teretibus habenis vincta sunt, soleas dixerunt, nonnunquam voce graeca 'crepidulas', Gallicas autem verbum esse opinor novum, non diu ante aetatem M. Ciceronis usurpari coeptum* cet.

B C D E reperta in vinea Ceccarelli

B




C



D litteris bonis.




E



Henzen in addendis ad vol. VI p. 864 *f g h i*.

F G reperta *a Conca nel bosco di Mentana, presso il detto comune*; litteras aetati Antoninorum fere convenire ait Tom.

F



G



Tomassetti *bull. comun.* 1890 p. 110.

NOMINA IN ACTORVM ARVALIVM FRAGMENTIS NOVIS OBVIA.

Numeri nudi indicant annos actorum, quibus commemorantur homines in indice propositi.

I. IMPERATORES ET DOMVS EORVM.

II. PRIVATI.

CN. DOMITIVS frater Arvalis 733 cf. supra p. 319.

CN. DOMITIVS AHENOBARBVS pater Neronis 55 cf. Henzen p. 185.

M. FABIVS IVLIANVS HERACLEO OPTATIANVS frater Arvalis 145 cf. Henzen p. 185.

PAVLLVS FABIVS PERSICVS frater Arvalis a. 20. 39 *inc. Claud.* cf. Henzen p. 186.

T. FLAVIVS SVLPICIANVS frater Arvalis magister 167—169 cf. Henzen p. 186.

TI. IVLIVS CANDIDVS frater Arvalis *inc. Traian.* supra p. 330 aut is qui simplici hoc nomine appellatur, aut Ti. Iulius Candidus Caecilius Simplex frater fortasse eius. De utroque cf. Henzen p. 188.

TI. IVLIVS CANDIDVS CAECILIVS SIMPLEX frater Arvalis 145 cf. Henzen p. 188.

TI. IVLIVS IVLIANVS ALEXANDER frater Arvalis 145 cf. Henzen p. 188.

D. IVNIVS . . . . cos. suff. 145 cf. supra p. 335.

Q. IVNIVS MAVRICVS puer senatoris filius Arvalibus ministrat 145 cf. supra p. 335.

M. (IVNIVS) SILANVS frater Arvalis 40 *Claud. inc.* cf. Henzen p. 190.

A. LARCIVS LEPIDVS PLARIANVS puer senatoris filius Arvalibus ministrat 145 cf. supra p. 335.

TI. LICINIVS CASSIVS CASSIANVS frater Arvalis promagister collegii 145 cf. supra p. 335.

P. MEMMIVS REGVLVS frater Arvalis 39 cf. Henzen p. 191 magister collegii? 40; pro magistro collegii 55.

CN. POMPEIVS Q. f. frater Arvalis, magister collegii 734 v. supra p. 439.

CN. POMPEIVS augur frater Arvalis 20 v. supra p. 320.

T. QVINCTIVS (QVINTIVS 20) CRISPINVS VALERIANVS frater Arvalis 20 magister collegii a. 21 cf. Henzen p. 195.

[L. SALVIVS OTHO] frater Arvalis flamen et pro magistro collegii 39 cf. Henzen p. 196.

L. SCRIBONIVS LIBO frater Arvalis 733 v. supra p. 318.

P. SILIVS cos. 734 v. supra p. 317.

TAVRVS STATILIVS CORVINVS frater Arvalis 39. 40 *inc. Claud.* cf. Henzen p. 198.

M. VALERIVS HOMVLLVS frater Arvalis 145 cf. Henzen p. 199.

M. VALERIVS IVNIANVS frater Arvalis *inc. Traian.* 145 cf. Henzen 199 et supra p. 330. 337.

VALERIVS IVNIANVS frater Arvalis *c. a.* 167—169, v. supra p. 337.

M. VALERIVS MESSALLA CORVINVS frater Arvalis 734 v. supra p. 319.

M. VALERIVS TREBICIVS DECIANVS frater Arvalis *a. inc. c.* 116—118 magister collegii 105 cf. Henzen p. 199.


L. VITELLIVS frater Arvalis magister *Claud. inc.* cf. Henzen p. 201.

C. VITORIVS HOSIDIVS GETA frater Arvalis *a. inc. c.* 116—118 cf. Henzen p. 202.

[SEX. V]ITVLASIVS NEP[OS] cos. suff. 78 cf. supra p. 328.

II.

De luco deae Diae et aedificiis Arvalium universis post egregiam Rossii disputationem (*vicende degli atti dei fratelli Arvali, Annali dell' Istituto* 1858 p. 54—79) unus fere egit Angelus Pellegrinius in opusculo *gli edifizi del collegio dei fratelli Arvali nel luco della dea Dia* (Romae 1865, 13 pp. 8) non sine diligentia et locorum peritia adiutus, doctrinae solidioris tamen plane expers[1]): ichnographia quoque adiecta perquam rudi artificio facta parum prodest. Ex effossionibus a. 1867—1869 institutis de locorum condicione quae fuit aetate antiqua non tantum fructum cepimus quantum speraveris: Henzenus et Lancianius de uno tantum aedificio accuratius disqui-



1) Velut in prima libelli pagina Strabonis locum notissimum qui est de luco sacro: μεταξὺ γοῦν τοῦ πέμπτου καὶ τοῦ ἕκτου λίθου .... καλεῖται τόπος Φῆστοι lepide ita vertit: *certamente fra il quinto e sesto miglio da Roma è il luogo della festa.*

siverunt, rotundo illo cui superstructa est casa rustica vineae Ceccarelliorum, de ceteris ad Pellegrinium lectores remittere satis habuerunt. Ex Henzenianis vero pendent quicunque his ultimis annis de Arvalibus eorumque aedificiis verba fecerunt. Itaque non abs re erit locorum de quibus iam agemus ichnographiam proponere delineatam secundum formas publica auctoritate confectas maximi moduli [1]).

Lucum situm fuisse ad milliarium quintum viae Campanae ab utroque latere viae quae nunc est *della Magliana* inter omnes constat; quam late pertinuerit, quaeritur. Septentrionem versus usque in convallem quae est pone coemeterium Generosae patuerit necesse est: aram enim in summo colle repertam quae anguis figura insignis est utpote genio loci sacra in medio luco positam fuisse probabiliter statuit Rossius. Occidentem versus ultra vineae Ceccarelliorum fines prodire vix licebit, quoniam sepulcra aetatis satis antiquae reperta sunt in hac ipsa vinea et vicina Molinariorum (Pellegrini *Bull. dell' Istit.* 1858 p. 5—7). Meridiem et Tiberim versus quo usque pervenerit, diiudicari poterit si quando de viae Campanae ductu certiora edocti erimus [2]): orientem versus ultra vallem quae rivulo *Fosso di Affogalasino* dicto irrigatur patuisse non crediderim.

Ager his finibus comprehensus nunc fere occupatur vineis duabus: inter viam recentem et colles est vinea olim fratrum Ceccarelliorum, nunc Iacobini, celeberrima inventis tabularum reliquiis plurimis; a meridie viae, ad Tiberim usque extenditur vinea quondam Stephani Ceccarellii nunc Vignoli. In vinea hac supra solum adhuc eminent rudera aedificii magni ex opere latericio compositi quod saeculum secundum prae se fert vel tertium. Parietes ornati sunt aediculis semirotundis compluribus: domui aut villae alicui eos adiudicaveris, ad aedem sacram pertinuisse negaveris. Tetrastylum Arvalium id esse contendit Pellegrinius, recte fortasse; ex ichnographia ab eo proposita de forma aedificii verum divinari vix potest, sed certiora spero fore

---

1) Kiepertus in forma egregia *Carta corografica et archeologica dell' Italia centrale*, similitudine nominis deceptus lucum signavit in altera vinea Ceccarelliorum ad milliarium fere quartum; rectius de Rossi in tabula adiecta enarrationi coemeterii Generosae, *R. S.* vol. III.

2) Lancianius (*relazione* p. 106) recte sine dubio contendit viam transisse sub colle dicto *Monte delle Piche*: valde probabiliter statuit viam cuius silices ad portam vineae Ceccarelliorum reperti sunt, non fuisse Campanam ipsam, sed diverticulum eius. Neque tamen assentiri possum viro doctissimo cum ita pergit: *la Campana doveva seguire il ciglio delle colline parallelamente alla moderna strada di Fiumicino; laddove la Portuense non si discostava dalle ripe del Tevere, come d'altra parte ce ne assicura Procopio.* Frustra enim ubi Procopius id expressis verbis testetur quaesivi: et in universum via antiquissima Campana (cuius nomen ductum esse a Campo Salinarum in littore maris prope Maccarese sito, quo olim finiebatur, observavi *Notizie degli scavi* 1888 p. 229) secundum flumen plano itinere perrexisse credenda est, Portuensis aetate multo posteriore recto fere tramite per declivia montium ducta esse. Coniungebatur utraque non, ut contendit Lancianius, prope villam *la Magliana*, sed ad milliarium fere decimum prope *Ponte Galera*.

ut mox statuere liceat. Incrustationis marmoreae fragmenta conspicua saepius reperta esse Pellegrinius auctor est; quod idem addit: *evvi pure un pezzo di cornicione intagliato con grifi, conchiglie e fogliami, che per lo stile presenta il carattere di Alessandro Severo* significat opinor fragmentum adhuc ibi iacens, molis satis magnae et affabre scalptum. Sed convexum id est et omnino ita aequale ceteris fragmentis prope aedem rotundam ab altera viae parte effossis, ut quin aetate sive antiqua sive recenti inde translatum sit nullus dubitem.

Haec sola rudera nunc supra terram eminent a sinistra viae parte: aetate superiore praeter aliquot actorum fragmenta, quae et ipsa fidem faciunt eousque Arvalium fines patuisse[1]), monumentum singulare repertum dicitur de quo paucis exponendum est. Servatur in museo Florentino diagramma (*disegni di architettura* n. 664) factum manu Silvestris (qui et Sallustius) Balthasaris f. Perutii, quod repertum ab Abekeno (*Annali dell' Istituto* 1841 tab. C) accuratius deinde excusum est a Melchiorrio in tabula operi postumo *appendice agli atti dei fratelli Arvali* (Roma 1855. 4) adiecta. Neutra editio cum archetypum ea qua opus est fide imitetur, facile impetravi a Nerino Ferrio diagrammatum in museo Florentino conservatori horumque studiorum egregio fautori, ut imago photographice depicta ad me transmitteretur, quam exprimendam curavi in tabula huic dissertationi adiecta.

Vides ichnographiam et orthographiam aedificii quattuor columnis fulti, quae surgunt e stylobate ex lapide Tiburtino in basiculae modum parte anteriore elaborato. A parte opposita apsis semirotunda conspicitur, et in ea novem bases statuis imponendis. Adscripsit Perutius: *statue nu(m)ero 9 di i(m)peratori i(n)coro(n)ati di spiche di gra(n)o i(n) via portue(n)se ad quartu(m) miliarium. hoc sacellu(m) ordinatu(m) fuit a Romulo ad be(n)edice(n)du(m) granu(m) (et) agru(m) (et) restauratu(m) ab Anto(n)i(n)o.* Item a latere ichnographiae: *ciascheduna statua haveva u(n)o epitaphio e i(n) nel fine d(e)llo epitaphio vi era* Fratri Arvali. *E erano nove epitaphii correspo(n)de(n)ti alle nove statue, i(n)sino a Gordiano, i quali i(m)peratori furo(n) tutti di q(ue)sta co(m)pag(n)ia da ca(m)pag(n)a.* Adscriptum est praeterea in stylobate partis laevae aedificii: *buchi di u(n) ca(n)cello di legno*; in parte anteriore notatur item *ca(n)cellò*, mensuraeque adscriptae sunt: *palmi 20* (qui aequant m. 4.46) *colu(m)ne altitudinis 35 palmor(um)* (= m. 7.82)[2]) et a dextra: *palmi 28* (= m. 6.27), *tevertino*, *una trava* (scil. trabis una) *da colonna a colo(n)na.* Apographum tituli unius adest eius qui in serie primum locum obtinebat Hadriani, parum bene exceptum sed versuum divi-

[1]) Tabulae duae integrae annorum 80/81. 183 (VI, 2059. 2099) repertae sunt a. 1699 'via Portuensi ad Mallianae parte dextra a Malliana euntibus Romam'; frustula quaedam aetate nostra (certo constat tantum de VI, 2069 Domitiani a. 82—85). Denique si rectum statuimus de basibus imperatorum a. 1570 '*in agro Fabricii Galletti*' effossis, actorum quoque fragmenta Ursiniana a sinistra viae Campanae prodierunt.

[2]) Numerus antea fuit pal. 25 (= m. 5.58), sed correctus est ab ipso auctore.

sione retenta, quale expectaveris a viro architecturae potius quam epigraphiae perito.

Diagramma nihil habet quod offendat per architecturae rationes, nisi quod, ut recte iam observavit Melchiorrius, cava in lapidibus Tiburtinis incisa cancello aheneo potius quam ligneo recipiendo apta videntur. Praeterea neque columnas stantes aut tectum iis superpositum ita visum esse a Perutio credemus; sed in talibus architectum eius aetatis ingenio indulsisse consentaneum est.

Eis quae in scheda Florentina notantur iam dudum observatum est comparanda esse quae tradit auctor aequalis fide dignus Flaminius Vacca (*memorie* n. 99 ed. Schreiber): *me ricordo fuori della sudetta porta (Portese), circa due buone miglia lontano, dove hoggi si chiama Affogalasino verso il Tevere in certi cannetti al tempo di Gregorio decimoterzo (1572—1585) vi furono trovati molti consoli di marmo, ciascuno haveva il suo piedistallo con le lettere, e colonne di trenta palmi lungha l'una, di marmo gentile: furono segate e servirono alla capella Gregoriana: li consoli si sparsero per Roma in diversi luoghi, ma erano da mediocre maestro lavorati.*

Vides in universum (licet de anno erravisse videtur Vacca) narrationem utramque bene convenire: columnas altas fuisse palmos triginta secundum Vaccam, triginta quinque secundum Perutium dubitationem non movet. Statuas coronis spiceis insignes repertas esse ab optimo auctore Vacca confirmatur; num ex ipsis quaedam etiamtum supersint quaerendum [1]); de titulis denique nulla unquam dubitatio esse potuit.

At narrationi quae extat in scheda Florentina fidem negavit Henzenus, inter mendacia Ligoriana eam referendam esse censens. Quod qui contenderit, ei aut probandum est, offendere quae in ea tradantur per rationes

---

1) Henzenus quod scripsit: ʻcarent omni probabilitate ea quae de novem statuis narrantur: quae si vere in suburbano Gallettii effossae essent, nec Ursino nec Manutio ignotae mansissent' mihi non probatur. Unica quidem protome Romae hodie extans quae imperatorem repraesentat spicea corona insignem, dico Augusti caput in Vaticano servatum (Visconti *Museo Pio-Clementino* VI tav. 37 p. 193 sq.; Helbig *röm. Museen* I p. 220) ad hanc seriem pertinere non potest: sed notandum quod addit Viscontius (l. c. p. 194 n. 3): ʻ*il y a dans l'atelier du sculpteur M. Ferdinando Lisandroni deux têtes très-belles, qui représentent Marc-Aurèle et Lucius Verus, tous deux jeunes, couverts d'un voile, et couronnés d'épis comme les frères Arvales*'. Hae quidem protomae diversae sint necesse est ab eis quae nunc adservantur Parisiis in museo publico, antea in castello Ecouen (*Musée Napoléon* III, 50. 57; Bernoulli *Röm. Ikonographie* II, 2 p. 144 n. 46; p. 209 n. 32), sed quo pervenerint ignoratur. Videndum item de capite (colosseum dicit Bernoulli errore) quod olim fuit Romae in villa Matthaeiorum, nunc extat Londinii in museo Britannico (*Description of the anc. marbles* V, 9; Bernoulli *Ikonographie* II, 2 p. 171 n. 63). Haec non praetermissa sunt ab ea quae nuper de Arvalibus disseruit docte, ut adsolet, et eleganter, Hersilia Caetani-Lovatelli c. f. (*i fratelli Arvali e il loro santuario e bosco sacro sulla via Campana*, ex ephemeride *Nuova Antologia* III S. vol. 30 iterum expressum in volumine *Miscellanea archeologica* p. 222—248).

architecturae reive antiquariae, aut narrationem per se nequaquam suspectam pendere ab auctore dubiae fidei. Atque illud ne probatum quidem ivit Henzenus, neque opinor qui cognita habuerit monstra aedificiorum a Ligorio excogitata eaque comparaverit cum documento Perutiano, ei iudicio adstipulabitur. Gravius videtur alterum argumentum ab Henzeno adlatum: statuas illas repertas esse a. 1570 cum constet testimonio Manutii, Silvestrem Perutium eo tempore iam Vindobonae moratum neque testem oculatum effossioni adfuisse. Quod verum est[1]); sed eo anno ne Ligorius quidem Romae adfuit, quippe qui iam a. 1568 Ferrariam sedem transtulerat (C. I. L. VI p. LII). Narratio autem Ligoriana quae extat in voluminibus Taurinensibus (XVIII f. 64) toto coelo distat a Perutiana[2]): quid quod unus ille titulus ficticius quem genuinis addidit Ligorius (C. I. L. VI, 711*) a scheda Florentina abest? Postremo inter diagrammata Silvestris Perutii, quae multa extant in museo Florentino, nihil reperiri quo commercium litterarum fuisse inter eum et Ligorium confirmetur, usu edoctus ego testor.

Quae cum ita sint diagramma Perutianum egregium et fide omnino

[1]) Evincitur hoc documentis quae ex tabulario imperiali Vindobonensi nuperrime edidit Ioannes de Voltelliniis (*Jahrbuch der kunsthistorischen Sammlungen des allerhöchsten Kaiserhauses* vol. XIII, 1891). In epistula Prosperi comitis Lodron, Maximiliani imperatoris in curia Romana oratoris data d. 29. Nov. 1567 (p. XLIV reg. n. 8773): *Il capitano Salustio partirà questa settimana e viene per servire alla maestà vostra:* Perutium eum esse, de quo sermo fuit iam ante (p. XLIII n. 8757 d. 31 Mai. 1567; p. XLIV n. 8767 d. 4 Oct. 1567) certissimum. Ex altero documento efficitur a. 1568 (Iun. 29 p. XLVI n. 8792) uxorem liberosque eius Roma Vindobonam accessitos esse; a. 1570 April. 14 mittitur Poetovionem ad munimentum extruendum (p. LV n. 8843). Cf. denique ib. p. XLVI n. 8791; item documenta antea edita *Jahrbuch* vol. V p. CVII n. 4419; vol. VII p. CXLVII n. 5265. Debeo haec officiosae Francisci Wickhoffii amicitiae.

[2]) Verba ab Henzeno p. XXIV posita hic repetere non supersedebimus: *Via Vitellia era quella che partiva dalla porta portuense o portese di Roma, et ne andava alla città del Porto per li campi Vaticani, per lo piano costeggiando le vicinità del Tevere fiume, onde, essendo lastrigata da Lucio Vitellio, padre di Vitellio imperatore, nella sua censura seconda, fu essa chiamata via Vitellia Portuense, per la quale a destra della via a tre miglia si trovava il solenne tempio della dea Arva, cioè della Terra o Lua, custodito dali Fratri Arvali, nel cui ordine erano imperatori e l'Auguste et altri huomini illustri. Lo qual tempio fu rotondo, secondo la mostrata pianta. Dove attorno e dentro li nicchi e difuori fra essi attorno le parieti erano le imagini togate e col capo velato coronate di spighe di grano dell' imperatori romani e delle moglieri entrate nel sacerdotio, ove havevano sacrificato et purgati gli auguri dei portenti accaduti et le quai statue erano alte dieci palmi et vi erano di quelle piccioline dell' altri huomini illustri, et cominciavano da Romolo: di marmo con i suoi epitaphii, come avemo posto in questo luogo copiato di coloro, i quali havemo veduto quivi dedicati.* Henzenus quod ponit (p. XXIV): *hac narratione* (de statuis temporibus Gregorii XIII repertis) *itemque inventione a Manutio relata videtur ita usus esse Ligorius, ut primo quidem aediculam Perutianam excogitaret, deinde aedificii vineae Ceccarellianae memor ei applicaret quidquid de aedicula alibi narraverat,* quam artificiose excogitatum sit, neminem fugit.

dignum esse censeo. Quodnam vero aedificium eo repraesentatum sit, quaerimus. De tetrastylo cogitavit Abeken, de Caesareo Melchiorrius, utrumque in medio relinquit de Rossi (*Annali* 1858 p. 58). Tetrastylum sane in quo duodecim Arvales epularentur aedificium spatiosum et amplum fuisse credendum est: Caesareo sive heroo defunctorum imperatorum minime aptae sunt inscriptiones ita conceptae ut vivis dedicatae videantur, fortasse post cooptationem. Omnino id tenendum est, aediculam pertinere ad novissima collegii tempora [1]), et fortasse, siquidem ex ultimis verbis Perutii *restauratum ab Antoni[n]o* coniecturam capere licet, a Gordiano restitutam fuisse. Atque hactenus quidem de aedicula.

Iam transeamus ad ea aedificia quae inter viam Campanam et collem sita erant. Ac pauca quidem praefanda sunt de titulo quem ad Caesareum pertinuisse coniecit Henzenus. In parte orientali aedificii rotundi, cum solum effossionibus temptatum est a. 1867 apparuit, ut testatur Henzenus p. XV 'moles plana operis vetusti ex calce et topho composita; et prope eam saxa magna marmorea effossa sunt, alia rudia, alia affabre sculpta, inter quae fragmenta quaedam iacebant statuarum et anaglyphorum frustulaque nonnulla actorum Arvalium'. Fragmenta edita ab Henzeno (*relazione* p. XI, Acta p. XXII. XXIII; a C. I. L. vol. VI abest) postea in museum translata et rectius composita sunt, quapropter hic repeto lectionem ad ectypum collatam:

M · VALERIVS		litt. alt. m. 0.185
FRA		0.165
⟨. . . m. 1.40 . .⟩	ESA	0.175
	IC . V	0.14

Recte negavit Henzenus, fragmenta ita coniungi posse ut FRA*tr*ES *Arvales* inde efficiatur: non solum punctum inter S et A deficiens, sed litterarum magnitudo sane diversa impedit quominus ad unum versum pertinuisse credamus. Tenemus igitur reliquias tituli magni, versibus non minus quattuor conscripti, exarati non in lapide uno, sed duobus: nam supra Valerii nomen et infra litteras FRA sectio lapidis antiqua eaque plana extat. M. Valerium Trebicium Decianum qui in actis aetatis Traianae saepius commemoratur,

[1]) Id effecerim ex serie imperatorum, quae in ea proposita erant; scilicet adsunt Hadrianus (C. I. L. VI, 968), Antoninus Pius (ib. 1000), M. Aurelius (ib. 1012), L. Verus (ib. 1021), Antoninus Severi f. (ib. 1053), Gordianus (ib. 1093): quibus si addideris Commodum Pertinacem Alexandrum, habes numerum integrum eorum qui ab Hadriano ad Alexandrum regnum obtinuerunt et quorum memoria post mortem damnata non est. Ceterum bases novem locis antiquis visa esse a Perutio auctoreve eius non pro certo affirmaverim propter spatium. Unica quae superest basis (n. 1012; nunc in museo Vaticano, *Giardino della Pigna*) ima parte lata est m. 0.89: linea curva apsidis metrorum 10 mensuram excessisse non videtur. Novem eiusmodi bases igitur ita tantum in ea proponi possunt, ut altera alteri quasi contigua sit: id quod sane offensionem habet.

hunc quoque titulum posuisse satis est probabile: versu tertio utrum *c*AESA*reum* nominatum fuerit an *imperator c*AESA*r* aliquis diiudicari nequit.

Collocat Pellegrinius inter viam et montes balnea et circum, hunc in confinio vinearum Molinari et Ceccarelli, illa magis occidentem versus *alla salita del Monte delle Piche.* De circo, cuius reliquiae satis multae superfuisse dicuntur[1]), nunc cum omnia terra rursus tecta sint, diiudicare difficile est, quanquam locus circo extruendo non satis idoneus est et videtur dubitasse Henzenus. Balnea vero in luco Arvalium memorari suo errore posuit Pellegrinius[2]); rudera quae ad ea refert nimis longe distant quam quae ad lucum pertinuisse credamus.

Restat aedificium omnium celeberrimum, aedes rotunda quam Deae Diae sacram credunt. Egit de ea Rodulfus Lancianius (apud Henzenum *relazione* p. 105—107) imaginemque restitutam in tabulis n. V. VI proposuit. In qua imagine licet quaedam eaque non levia corrigenda sint, nos relictis ceteris quae ad architecturam pertinent, id unum disquiremus, actorum tabulae utrum revera in eo loco adfixae fuerint, quem Lancianius Henzenusque eis adsignaverunt, scilicet in stylobate aedis rotundae, necne. Id quidem probaverunt qui nostra aetate de hisce scripserunt ni fallor omnes; sunt tamen quae dubitationes moveant satis graves.

Primum tabulae quas tot et tantas habemus planae sunt omnes: unde si aedificio rotundo eas applicaveris, superficies evadet laterum plus minus octoginta inter se satis diversorum. Eam deinde ita inscriptam esse, ut aliquoties idem versus in tabulis binis angulo obtuso iuxta positis continuaretur (v. gr. a. 90) valde mirum videtur.

Deinde consideres velim aedificii rotundi structuram qualem proposuit Lancianius: stereobatam ex opere incerto pariete latericio extrinsecus opertum, cui affixae sint actorum tabulae; supra eum templi parietem solido de marmore constructum. Tale aedificium Romae et aetate imperatorum exstructum frustra ni fallor quaesiveris.


Multo vero gravius argumentum ex ipsa scripturae condicione petitur. Constat inter omnes acta exarata esse in tabulis magnis marmoreis, qua-

---

1) Pellegrini p. 8: *si scoprirono i muri ed i pilastri che reggevano le arcuazioni. posti in linea, e quantunque essi fossero di proporzioni minori si riconoscevano divisi in due fila come nello stadio o circo di Alessandro Severo detto volgarmente Circo Agonale. Mentre nel sudetto i piedritti sono formati di parallelepipedi di travertino, nel circo degli Arvali erano compositi di grandi massi quadrilunghi di tufo provenienti dalle cave di pozzo Pantaleo che ancora sono in attività nel medesimo luogo. Grande fu il numero de' massi che vennero estratti, i quali poscia furono spezzati con mazze per far pietra da costruzione, a riserva di alcuni che si posero ad uso di sedili nel piazzale inanzi al casino della vigna medesima.*

2) Scilicet in actis a. 218 et 241 sacerdotes dicuntur *a balneis* vel *loti* in cathedris consedisse, sed id primo die sacri mense Maio celebrati, quo in urbe ad magistrum convenire solebant (Henzen p. XXIII). Balneorum vestigia a Pellegrinio descripta ultra lapidem ab urbe sextum sita sunt: quo praeter alia sacellum antiquissimum Fortis Fortunae collocandum esse constat (Henzen *relazione* p. 100; C. I. L. VI, 167—169).

rum altitudo aequalis est metrorum fere 1, 72, latitudo diversa[1]). Atque inde fere a Domitiani temporibus singulis annis singulae tabulae destina-



---

[1]) Integrae aut fere integrae sunt tabulae a. 58/59 (C. I. L. VI, 2041); a. 90/219 (VI, 2067); a. 105 (VI, 2075); a. 118 (VI, 2078); a. 120 (VI, 2080); a. 155/213 (VI, 2086): eiusdem altitudinis fuisse tabulas a. 38 (VI, 2028; a. 86 (VI, 2064); a. 91 (VI, 2068); a. 101 (VI, 2074) satis certo conicere licet. — Consentaneum est haec referri tantummodo ad tabulas exaratas in eo spatio quod ab initio actis scribendis destinatum erat. Vergente vero saeculo p. Chr. secundo cum deficeret spatium scripturam continuatam esse in tabulis formae plane diversae (ut est a. 183 C. VI, 2099) recte observavit Henzenus: quanquam num iure tabula a. 218 credatur 'subsellii vel mensae loco fuisse', mihi quidem valde dubium est. Quo enim pacto tabula ab utroque latere inscripta tali usui inservire potuit? Ut hanc coniecturam parum probabilem caperet videtur Marinius inductus esse eis potissimum quae de subselliis in tetrastylo positis in ipsa tabula a. 218 continentur.

bantur[1]), cum antea ita continuarentur ut interdum anni neque inciperent a principiis tabularum, neque in fine earum exirent (Henzen p. X). Quod quo planius intellegatur, imaginem tabularum quarundam ad Vespasiani Titi Domitiani tempora pertinentia subiunxi.

Singuli igitur anni inde a temporibus Domitiani marmoris spatium occupabant latum aliquoties plus metro uno, raro angustius m. 0.80[2]).

Itaque iam acta inde a Domitiano usque ad M. Aurelium (a. 81—161) perscripta spatium occupabant metrorum non minus 80 × 0.70 = 56. Aedes autem rotunda diametrum habet m. 20, circuitum non plus m. 63 (vel rectius deducto scalarum spatio m. 58). Quinque autem vel sex metrorum spatio perscribi potuisse acta inde ab Augusti aetate usque ad a. 86, quo primum tabulam integram unius anni actis destinatam fuisse vidimus, nemo sanus contendet. Neque ita res expediri potest ut in stereobata tabularum scriptarum binos ordines, alterum supra alterum, fuisse, aut partem earum intra aedem rotundam, partem extra affixam fuisse dicamus. Illud per architecturae rationes nullo pacto admitti potest: hoc ne credamus prohibemur ipsorum saxorum ex pariete cellae reliquorum natura[3]). Sunt enim crassa plus metro uno, et ita comparata ut tabulis partem internam vestitam fuisse

1) Singulare est fragmentum Domit. D. cuius paginae integrae sunt superne et infra neque tamen altitudinem m. 0.35 excedunt. Sub aedicula aut fenestra id positum fuisse suspiceris. Postquam haec iam typis mandata fuerunt, certiorem me fecit Vaglierius in margine sinistro tabulae a. 89 (n. 2066), cum marmor ex compage lignea demeretur, observatas esse litteras paucas . . M | . . . S | . . . . S | . . . ƆS. Eae remanserunt ex clausulis versuum tabulae praecedentis, quam manifestum est positam fuisse angulo recto contra tabulam a. 89, neque applicitam aedificio rotundo.

2) Ex annis post 91 tabularum latitudinem cognitam habemus:

a. 101	C. VI, 2074	m. 0.72
105	2075	0.90
118	2078	0.90
120	2080	0.90
122	2081	0.90?
125/26	2082	0.59?
130	2083	0.70?
145	2085 supra p. 451sq.	0.90
155	2086	0.59

3) Mirum in modum memoria lapsus est Lancianius cum haec scriberet (apud Henzenum *relazione* p. 107): '*nelle tavole di più antica data è fatta più volte menzione di un sacrificio piacolare eseguito* ob ferrum inlatum in aedem *ovvero* de aede elatum scripturae causa. *Ora i frammenti rinvenuti attorno l'edifizio circolare, tuttora disposti in ordine cronologico, ossia caduti a brevissima distanza dal luogo, ove furono affissi primitivamente, appartengono precisamente al secolo I. Questi sacrifici non sono più mentovati nella tavole di epoca men remota: onde è chiaro che cessarono, quando nello stilobate del tempio venne a mancare il posto per l'incisione degli atti*'. E contrario sacrificii illius mentio nulla extat anno 81 antiquior, et inter a. 59 et 80 in acta notam eam inferri coeptam esse statuit Henzenus p. 128.

nemo architecturae Romanae peritus sibi persuadeat[1]). Iam vero acta ipsa uno certe loco luculenter dicuntur proposita fuisse non in pariete aliquo exteriore aedificii, sed intra. In tabula enim a. 81 adnotatur piaculum factum esse OB FERRVM INLATVM INAEDEM SCRIP*t*VR*ae* CAVSSA, et deinceps OB FERRVM DE AEDE ELATVM: annorum ceterorum notae brevius referunt *ferrum inlatum* vel *elatum* esse, de loco nihil addentes.

Quae cum ita sint, acta collegii ad aedificium rotundum ullo modo pertinuisse nego.

Quod si verum est, valde dubitandum num revera deae Diae sacrum fuerit. Neque fugit Henzenum (*relazione* p. XI) locus actorum unde aedem deae Diae rotundam non fuisse iure suspiceris. Anno enim 183 sacrum factum est *operis inchuandi causa, quod in fastigio aedis deae Diae ficus innata esset*: fastigium vero de aede quadrata potius quam rotunda dicitur[2]). Quam ob rem eorum sententia qui aedificium rotundum Caesareum dixerunt digna sane est quae iterum examinetur. Quod ut cum fructu efficiatur, magnopere optandum est ut ager ille tam ferax documentorum insignium iterum temptetur, praesertim ea pars quam Henzeno attingere non licuit vetante domino, dico vineam Stephani Ceccarellii a sinistra parte viae recentis sitam. Nam si quae supra disputavimus vera sunt, effossiones ultimis his annis institutae ne pervenerunt quidem ad eum locum, quo acta collegii antiquitus prostabant; et actorum fragmenta quae habemus licet ampla videantur et prolixa in tanta documentorum eius generis penuria, misera sunt et lacera si reputaveris quanti ambitus olim fuerint. Velut ex actis imperante M. Aurelio exaratis vix octoginta versuum reliquiae supersunt, cum versus plus mille quingentos olim fuisse ratiocinatione satis probabili efficiatur. Ac ne id quidem neglegendum est, a sinistra parte viae ante hos ducentos annos casu repertas esse tabulas integras duas, neque tamen ullo tempore via ac ratione effossiones institutas. Quapropter ut monumentum in rerum Romanarum memoria clarissimum accuratius explorandum ne omittant ei penes quos rerum antiquarum cura publica nunc est adhortamur atque monemus.

[1]) Ex ornamentis partis interioris cellae unum repperimus fragmentum, quod ad partem imam pertinet. Saxum est satis crassum, spira et regula ornatum, et ita concavum ut respondeat convexis quae delineavit Lancianius.

[2]) Quod Henzenus (*relazione* p. XI) addit fortasse ante ingressum aedis porticum adiectam fuisse, ut est in Pantheo, accuratius examinatis fragmentis quae ex pariete et epistylio remanserunt refellitur. Sed de his nisi additis imaginibus quae spero fore ut alio loco proponere possim diiudicari nequit.

CHR. HUELSEN.

Prodiit d. Iul. 28 a. 1892.

Ex typographia Imperii Germanici.

ADDITAMENTA NOVA AD CORPORIS VOLVMEN II.

Post editum supplementum voluminis secundi triennium vix elapsum est atque iam succrevit messis inscriptionum novarum ampla, quam ne diutius vel in schedis vel in libris parum notis lateret iam visum est publici iuris facere. Sane neque effossionibus consulto institutis tituli Hispani aucti sunt, quales in reliquis imperii Romani regionibus fere omnibus crescentem quotannis inscriptionum et monumentorum numerum proferunt — si exceperis Nertobrigam et *Cabeza del Griego* oppida —, nec novis itineribus a me susceptis. Sed primum veterum amicorum meorum industria effectum est, ut loci aliquot denuo inviserentur et antiquitatum causa accuratius explorarentur, in quibus inscriptiones Romanae aut diu neglectae aut numquam sollicite investigatae sunt. Deinde vero tandem aliquando crescit in dies numerus virorum in paeninsula Iberica vel doctorum vel indoctorum, qui studio laudabili patrias antiquitates amplectuntur. Aera inscripta nova, velut Vipascense Italicense Ursonensia, sane non prodierunt; sed praeter titulos sepulcrales simplices satis multos singuli saltem etiam maioris pretii reperti sunt, quibus notitia Hispaniae antiquae vario modo aut augetur aut emendatur. E peregrinatoribus exteris, qui paeninsulam adierunt, paucis nominandi sunt Eduardus Spencer Dodgson Britannus, linguae Vasconicae indagator strenuus, et Arthurus Engel numismaticus Parisinus, qui loca a paucis adhuc visitata mea causa adierunt et de monumentis aliquot rettulerunt, quae ipse invisere non potueram. Engelius eo quoque nomine optime meritus est, quod pertinaci pervestigatione auctorem fraudium ineptarum detexit, quae ante hos viginti fere annos e Colli Sanctorum prope *Montealegre* prolatae sunt; ut adnotavi in Monumentis ling. Iber. p. CXLII.

Quod olim speravi futurum esse, ut ab academia regia historica Matritensi ederetur ephemeris epigraphica Hispana (Suppl. p. LXII), id propter

rationes varias eventum non habuit. Sed qui ab eadem academia eduntur fasciculi menstrui (*boletin de la Real Academia de la historia*) de rebus ad historiam Hispaniae universam spectantibus officio illo aliqua ratione funguntur, ita tamen, ut legentes e multitudine rerum aliarum cogantur ea expiscari, quae pertinent ad antiquitates Romanas. Accessit nuper ephemeris item menstrua critica edita a Raphaele Altamira (*Revista critica de historia y literatura*, Matriti 1895 ss.), quae etiam de antiquitatibus et inscriptionibus novis repertis referre sibi proposuit atque iam continet Berlangae disputationem de tintinnabulo Tarraconensi (infra n. 198). In Portugallia postquam ephemeris *Revista archeologica* dicta et ab Antonio Borges de Figueiredo edita editoris morte finem habuit immaturum, Iosephus Leite de Vasconcellos, bibliothecarius Olisiponensis et musei ethnologici a Statio da Veiga conditi director, in locum illius edere coepit ephemerides menstruas inscriptas *o Archeologo Português*; quas speramus longius duraturas esse quam illa.

Fontes vetustiores ad inscriptionum Hispanarum notitiam augendam utiles non mihi innotuerunt praeter unum.

Gregorius enim Mayans iure consultus clarus, vir amplitudine doctrinae et iudicii acumine supra saeculum et populum suum eminens, annis 1758 et 1760 epistulas duas scripsit Petro Burmanno Secundo de inscriptionibus metricis in Hispania repertis. Epistulas has duas, editas in praefatione Anthologiae veterum epigrammatum Latinorum ab hoc curatae vol. II (Amsteledami 1773), recentiores illas quam quae prodierunt in sylloga epistularum Mayansii edita Matriti a. 1734 et 1756, Valentiae a. 1742, quam contuli, ego antea non legeram neque extitit inter viros doctos, qui apparatum epigraphicum corporis inscriptionum Latinarum congesserunt, aliquis me peritior. Francisco Buechelero anthologiae Latinae editori nuperrimo contigit, ut primus fontem hunc adhuc neglectum aperiret. Agit Mayansius in epistulis illis duabus de inscriptionibus metricis genuinis XVI, falsis VII, christianis vel recentioribus VI. Notae sunt omnes praeter Carthaginiensem unam, quam infra sero demum patriae suae restituo (n. 194). Ex observationibus eius doleo me antea ignorasse quae adnotavit ad epigrammata pontis Alcantarensis (n. 761); has et reliquas ut legentes consulere possent si voluerint addidi hic conspectum titulorum editorum, quos ille Burmanno misit adnotationibus suis illustratos.

n. 391	Mayans	p.	IX	n. 2314	Mayans	p.	XLIV
558	„	„	X	2335	„	„	XIV
761	„	„	XV	3871	„	„	XIX
1235	„	„	XI	4137	„	„	XLV
1293	„	„	XL	4314	„	„	XXXIV s. XL
1399	„	„	XL	4315	„	„	XXXIV s. XL
1580	„	„	XLIX	4426	„	„	XXXVI. XL
1699	„	„	XLIV	infra n. 197	„	„	XLV

Falsas vero adiecit has, quas damnavit omnes, ut expectaveris:

n. 30*	Mayans	p.	XX
106*. 107*	„	„	XI
118*	„	„	XXXIV
148*	„	„	XL
353*	„	„	IX
365*	„	„	XIX

Accesserunt in additamentis hisce etiam falsae vel noviciae quaedam iam notis, velut Italicensis, de qua infra dixi (ad n. 92), et tabella aenea Montillensis, in qua inscriptae dicuntur esse litterae hae PR S|JN, quas non intellego — nisi forte Iesum Nazarenum indicant —; sed tam sunt exigui momenti, ut hic sufficiat breviter memorasse.

Berolini m. Ian. a. MDCCCXCVI.

AEMILIVS HÜBNER.

I. LVSITANIA.

Regiones Lusitaniae maxime meridionales post Statium da Veiga immature defunctum ex parte denuo exploravit Pater A. dos Santos Rocha. Praeter eum alii quoque viri docti atque ipse Iosephus Leite de Vasconcellos iam curant, ne quae vel extant ibi vel prodeunt monumenta vetustatis intereant aut neglegantur.

CONVENTVS PACENSIS.

I. OSSONOBA p. 781.

1 *Marim* (*Olhão*), in necropoli s. sepulcreto Romano ibi detecto, cippus cum fastigiis duobus, inter fastigia duo rosa est; servatur cum cippis reliquis ibi repertis, quorum tituli legi non potuerunt, in museo Ossonobensi, quod est in *Faro* urbe. Litterae non bonae saec. fere II exeuntis IIIve ineuntis, altae circiter m. 0.02.

corona
s.
rosa

columna — *rosa cum foliis* — *columna* — *rosa cum foliis* — *columna*

D M S
D I O N Y
S I A N V S
V I X T
A N N
XXXVIIII D V
D I N ∫ T L
T T I B L

D M S
M A R I T I M
A V I X T
A N N
X X V D V
D I N I T L
T T · B L

Descripsi ex ectypis missis a Iosepho Leite de Vasconcellos; A. dos Santos Rocha *o Archeologo Portuguès* I 1895 p. 195 ss. (inde Fita *bol. de la Acad.* XXVII 1895 p. 504).

V. 3. 4 *vixt* scriptum est in utroque titulo clare.

V. 6—8 formulae *p(ius) i(n) s(uos) s(it) t(ibi) t(erra) l(evis)* in utroque titulo male intellectae et corrupte scriptae exhibentur. Nam quod putabam legi posse adscitis D V litteris versus sexti extremi *d(ic) v(iator) d(ei) i(nferi) n(e) i(nvideant) t(ibi) l(ocum) t(itulum) t(erram) l(evem) b(oni) l(ibentes)* vel similia, ab horum titulorum rustica simplicitate abhorret. Quamquam post annorum numerum in utroque titulo *d(ies) V (quinque)* numerari et ipsum offendit.

2 *Marim (Olhão)*, cippus repertus et servatus cum praecedente, eiusdem etiam aetatis et litteraturae.

rosa

rosa	*rosa*
D M S	D M S
PATRICIA VI	PATRICIVS VI
XIT ANNIS XI	XIT ANNIS
D IIII	XCIII M III D X
	IIII P I S P I

Descripsi ex ectypo misso a Iosepho Leite de Vasconcellos; A. dos Santos Rocha *o Archeologo Português* I 1895 p. 195 ss. ligno incisam (inde Fita *bol. de la Acad.* XXVII 1895 p. 504).

V. 5 extr. P I dicuntur in lapide esse, in ectypo etiam T L legi posse visum est Iosepho Leite mihique; ut fuerit *p(ius) i(n) s(uos) [sit tibi] t(erra) l(evis)*. Sed formulae solitae etiam in reliquis huius sepulcreti titulis (n. 1) exhibentur corrupte.

V. SALACIA p. 802.

3 Salaciae (*Alcacer do Sal*), fragmentum marmoreum, altum m. 0.08, latum 0.09, in museo Olisiponensi.

A . . .
AN . .
I . . .

I. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* I 1895 p. 84.

In tanta titulorum Salaciensium paucitate ne fragmentum quidem hoc per se inutile omittendum putavi.

VI. CAETOBRIGA p. 803.

Caetobrigae nomen vetustum transiisse in novicium *Setuval* sive *Setubal* quamquam probabile visum est etiam Iosepho Cornu, linguae Portugallicae eiusque originum et mutationum investigatori peritissimo (Gröber *Grundriss der romanischen Philologie* I 1888 p. 724), tamen non omni ex parte certum esse recte observavit Iosephus Leite de Vasconcellos (*o Archeologo*

Português I 1895 p. 58 ss.). Neque vero obstat quod, ut idem vir doctus adnotat, *briga* Celticum loco eminenti magis convenit quam plano, in quo sitae sunt parietinae inde a Resendii aetate Troiae nomine notae. Hoc Troiae vocabulum non ex Caetobrigae ortum esse, sed inditum fortasse loco illi in Troiae veteris memoriam a viris doctis saeculi XVI Oswaldus Crawfurd Britannus (*Portugal Old and New*, Londinii 1882, p. 249 ss.) opinatus est et post eum demonstrare studuit Leite de Vasconcellos (l. s. s. p. 60). Quae opinio quamquam probari nequit, tamen Troia aut villa Cornelii Bocchi fuisse potest, ut olim conieci, aut statio maritima piscinarum et salinarum ad Caetobrigam pertinens, quae ipsa potius sita fuit ibi, ubi hodie *Setubal* oppidum est cum castello in rupe alta posito. Cui illud non obstat, quod tituli adhuc prodierunt Troiae tantum, non in ipsa *Setubal* urbe. Nemo enim umquam de huius urbis vetustate adhuc quaesivit.

---

4 (2479 = 5617) Non reperta est in *Valdereys* oppido Callaeciae, ubi nescio quo errore collocaverat Argotii amicus anonymus, sed extat in *Alcacer do Sal* urbe Lusitaniae, inserta muro aedium sitarum in angulo viarum *Rua Direita* et *Rua do Cotovêllo*. Lapis longus est m. 1.65, altus 0.53, litterae saeculi primi optimae.

*l. cornelius l. f. boc*CHVS · PR · CAESARVM BIS
*flamen prov. pon*T · PERP · FLAMEN · PERP
*coloniae scallabi*T · PR · FABRV · TR · MIL · D · S · P · F

I. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* I 1895 p. 69 ss.

Supplementa praeivit editor novissimus, qui titulum ad Cornelium Bocchum pertinere perspexit. Apparet deesse dimidiam fere partem lapidis, qui epistylium fortasse aedis alicuius vel alius aedificii publici erat. E duobus aliis eius titulis Lusitanis (n. 35. 5184) constabat Bocchum fuisse flaminem provinciae Lusitaniae et tribunum legionis tertiae Augustae; reliqua eius munera hic primum indicantur. Indicari autem videntur ordine temporum recto, siquidem post praefecturam Caesarum iteratam flamonium provinciae pro summo eius honore habendum est. Pontificatus et flamonium sacerdotia municipalia perpetua ei manserunt; munera militaria duo maiora in fine extra ordinem adiecta sunt. Provinciae nomen et numerus legionis omissa aetati et loco conveniunt; Caesares enim Augustus et Tiberius fuisse putandi sunt.

V. 3 in. II·PR exhibuit Anonymus Argotii, T·PR schedae Moreirae; Leite litteram primam humo tectam non vidit, sed effodiendam curavit et tactu I esse iudicavit. Quodsi ita est, fortasse supplendum *colonia Scallab*I. Sed fieri potuit, ut nomen oppidi, cuius muneribus sacris publicisque Bocchus functus erat, omnino non indicaretur; colonia Scallabitana statuam ei posuit Salaciae (n. 35). Cogitavi de *duovir aedil(is) II* vel potius, si II Anonymi non recte lectum est pro IL, de *duovir bis aed*IL; nam cum supra *bis* scriptum sit, II pro iterum probabile non est. Itaque versus tertii supplementa incerta manent.

5 *Troia* prope *Setubal*; rep. circiter a. 1882.

D · M · S
G A L L A
A N X X X V
H · S · E · S · T · T L
H Y P N V S
M A R I T V S
O P T V M E
F · C

Hugo Richter Collipponensis misit a se descriptam; I. Leite de Vasconcellos edidit *o Archeologo Português* I 1895 p. 54 ss. ex ephemeridibus Setubalensibus a. 1883 et descriptam ab amicis.

Fortasse est II 40 a Gasco descripta imperfecte.

VII. PAX IVLIA p. 804.

n. 104. Inlata est in museum Pacense, sed supra mutilata. I. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* I 1895 p. 252.

6 Pace, rep. *nas exavações do Palacio dos Infantes*; basis alta m. 0.95, lata 0.57, crass. 0.56.

*l. m*ARCIO · PIERo·
PACENSI ·
AVGVSTALI · COL · PACENSIS ·
ET · MVNICIPII · EBORENSIS ·
AMICI · OB · MERITA · EIVS ·
AER · CONLATO · POSVERVNT ·
L · MARCIVS · PIERVS ·
HONORE · CONTENTVS ·
IMPENSAM · REMISIT ·

Iosé Umbelino Palma *o Archeologo Português* I 1895 p. 110.

V. 1 suppletur ex v. 7. Puncta in fine versuum adiecta sunt.

6*a* Pace, *no Campo d'Oliva*, qui nunc est hortus publicus, rep. est sepulcrum quadrangulare cum vasculis variis, cui superpositus erat lapis sepulcralis forma dolii lignei iacentis, quales in regionibus illis non rari sunt. Inscriptio in parte media dolii est.

D M S
COCCEIA CL
ARILLA VIX
ANN · LXXX
H S E P COMMV
NIS M·P·B·ME

I. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* I 1895 p. 265.

V. 5. 6 *P(ompeius) Communis m(onumentum) p(osuit) b(ene) me(renti)*. *Publius* et *matri piae bene merenti* solvit Leite, minus probabiliter.

IX. VILLA VIÇOSA p. 807.

Accedit *Juromenha.*

n. 6266. Iam inlata est in museum publicum Olisiponense; ara alta est m. 1.09, lata 0.48, crassa 0.33, in latere dextro insculpta est corona, in sinistro palma, a tergo aper. I. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* I 1895 p. 45.

---

7 *Juromenha*, ad septentriones suburbii *de Santo Antonio*, prope pontem viae quae ducit *Elvas*, rep. a. 1895.

L · LICINIVS · CATVLLVS
AN · LX ·
STERTINIA · CAESIA
VXOR · AN · L · H · S · S · S · V · T · L ·
L · LICINIVS · AVITVS · F · EX · TEST · PATRIS
P · C ·

P. I. I. da Rocha Espanca *o Archeologo Português* I 1895 p. 217 acceptam ab amico (inde Fita *bol. de la Acad.* XXVII 1895 p. 505).

Vv. divisio arbitraria est.

X. *ELVAS* p. 808.

n. 143—145 Hos quoque titulos ex *Elvas* oppido provenire probabile est.

154 Memorat Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 153 et ex Helviae illius nomine nomen oppidi castra Helvia fuisse suspicatus est. Magis probabiliter fortasse comparabuntur Helvi Galliae Narbonensis populus.

5212 Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 153 qui vidit in aedibus municipii.

---

8 *Elvas*, in museo quod iunctum est bibliothecae municipali, cippus.

LIBII
RAII

I. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* I 1895 p. 244 q. v.; Victorino de Almada *Concelho de Elvas* II p. 279.

Lege *Liberae.* Liberam Proserpinam esse Leite perspexit.

---

9. 10 *Elvas*, rep. in praedio *da Fonte-Branca*, servantur in domo Ludovici Lucii Lopes de Couto, litteris evanidis. Mensurae non indicantur.

9 DEAE PROSER
PINAE H . . . .
RVSTRI VLAP

10 PROSERP
TONCIVS
ANDAI . .
V · A · L . . .

I. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* I 1895 p. 244.

9 v. 2. 3 *H . . . rustri* incerta esse indicat Leite. *H[ilarus] Rust[ic]i v. l. a. p.* vel similia latent.

10 v. 3 *Andai[tiae]* supplet Leite ex titulo II 454; *Andai[ti]* patris nomen potest fuisse.

XI. AMMAIA p. 809.

11 (= n. 165) Extat ibi ita concepta.

LOBESA · LOVESIF
AN · L · H · S · EST · S · T · T · L

I. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Portugués* I 1895 p. 124 qui denuo investigavit (inde Fita *bol. de la Acad.* XXVII 1895 p. 505).

Probantur igitur quas olim proposui emendationes; *Lobesa* et *Lovesus* iuxta usurpata quam late patuerit *b* et *v* litterarum mutatio demonstrant.

CONVENTVS SCALLABITANVS.

XIII. OLISIPO cum vicinia p. 810.

12 (= 296) *Torres Vedras.* Parisiis servat baro *de Alcochete* (*63 rue de la Boëtie*).

IVLIA · C · F · TON
CETA · ANN · XX
H · S · E · IVLIA · L ·
F · AMOENA · M
TER F · C

Antonius Héron de Villefosse, qui invenit, misit accurate descriptam. Unde emendantur scriptura versuumque dispositio.

---

13 *Caparide, concelho de Cascaes,* prope Olisiponem, operculum sepulcri longum m. 0.81, altum 0.38, latum infra 0.45, in cuius fronte inscriptum est litteris non bonis, altis m. 0.05

L IVLIVS · FVS
CVS · H · S · E ·
IVLIA · FESTA
FIL · F · C ·

I. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Portugués* I 1895 p. 248 q. v. Alterum coperculum simile non inscriptum iuxta prodiit.

XX. CIVITAS IGAEDITANORVM p. 819.

14. 15 *Fundão*, ubi extabant inde ab hoc saeculo ineunte, proveniunt fortasse ex *Idanha-a-velha*; arae duae paene aequales, servantur Olisipone in bibliotheca publica, altera alta m. 0.92, lata 0.30, altera 0.93, lata 0.31; litterae non bonae saeculi fere II.

14
*t*ONCIVS
*t*ONCETAMI
F·\MILES
SICNIFER
COH · II · LVS
VIQTORIAE
V · S · L · M

ARDVNNVS
COMINI · F · FE

15
ARA POS

TONCIVS
TONCETAMI
F · ICAEDIT
MILIS
TREBARVNE
L M · V · S

I. Leite de Vasconcellos (qui iam a. 1892 in scriptis quibusdam peculiaribus ediderat) *o Archeologo Português* I 1895 p. 226 cum imaginibus sumptis e photographiis.

Lectio videtur certa esse; C et G non distinguuntur, sed videntur indicari nomina aliunde nota *Tongius Tongetami f.*, non *Toncius Toncetami*; ut *Igaeditani* scribuntur ubique, non *Icaeditani*, neque unquam *sicnifer*.

N. 14 v. 3 \ linea transversa ante M conspicua fortasse punctum tantum indicat folio hederaceo simile; de *v(eterano) milite* cogitavit Leite. Cohors II Lusitanorum, cum I, III et VII notae sint, hic primum nominatur. *Viqtoriae* videtur in lapide esse; tribuendum rusticitati quadratarii.

N. 15 v. 1 lege *ara(m) pos(uit)*. 5 *milis* item rustice scriptum. 6 Trebarunam deam adhuc ignotam Celtologi, ut d'Arbois de Jubainville et Holder, editori scripserunt significare 'mysterium habitationis'. Cum Victoria fortasse coniungendam esse suspicatur Leite. Aliunde non est nota.

CONVENTVS EMERITENSIS.

XXI. AVGVSTA EMERITA p. 820.

Quod conquestus sum in supplementi l. s. s. titulos Emeritenses iacere foede neglectos, id certe effecit, ut P. Fidelis Fita oppidum adiret cívesque eo adduceret, ut tandem aliquando museum conderent provinciale in coenobio quod olim fuit S. Clarae ad lapides colligendos, qui adhuc supersunt (cf. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 65 ss.). Ex magna olim multitudine — circiter 160 composueram in sylloge mea — vix sexta pars (26) servata est; sed continuo fere novi prodeunt casu, nam effossiones nondum

ullae consulto institutae sunt. Unde iam inlati sunt in museum tituli circiter triginta novi una cum fragmentis novem (n. 61—68). Praeterea Petrus Maria Plano, typographus et antiquarius Emeritensis, studio laudabili denuo edenda curavit opera de antiquitatibus Emeritae iam obsoleta Moreni de Vargas (Emeritae 1892, pp. 516, 4.) et Gregorii Fernandez y Perez (*historia de las antigüedades de Mérida*, Emeritae [1857] 1893, pp. 112, 4.). Schedae Forneri, quas olim frustra indagaveram, denuo comparuerunt et statim publici iuris factae sunt per eundem Plano (Agustin Francisco Forner y Segarra, *antigüedades de Mérida hasta el reinado de los Arabes*, Emeritae 1893, pp. 202, 4.), qui et ipse supplementa edidit ad tres illos libros (Pedro Maria Plano, *ampliaciones á la historia de Mérida de Moreno de Vargas*, *Forner y Fernandez*, Emeritae 1894, pp. 128, 4.). E Forneri schedis accesserunt tituli novi octo (n. 22. 33. 38. 39. 46. 47. 51. 60). Aestate a. 1894 casu detecti sunt a Iosepho Raimundo Mélida et Raimundo Vives doctis Matritensibus in castello *las Navas del Marqués* tituli Emeritenses tres (n. 470. 496. 518) et fragmentum quod superest unicum tituli insignis, qui theatrum Emeritense ab Hadriano restitutum ornaverat (n. 478 *a*), item Caperensis unus (n. 813); praeterea inediti quattuor et ipsi insignes maximam partem. Emeritenses iam notos Emeritae viderunt testes antiquiores Docampo Mameranus Accursius; abstulerat eos saeculo XVI exeunte in castellum suum nuper conditum *de las Navas*, situm illud a Matrito versus septentriones et occidentem in montibus *de Guadarrama* inter *Collado Villalba* et *Cebreros* vicos, Petrus de Avila primus marchionum eius nominis. Atque quattuor illi inediti sine dubio et ipsi Emerita eo pervenerunt, ut res docent quas continent. Collocati ibi sunt apte in parietibus cenaculi maioris (*el salon principal*), curtis (*el zaguan*) et porticus superioris (*la galeria alta del patio*); sed castellum elegantissimum, quod nunc est ducissae de Medinaceli et de Denia, paene vacuum relictum est et ruinae proximum. Monumenta illa vetusta ibi extare prorsus in oblivionem cesserat inter Hispanos; nemo umquam quantum scio mentionem eorum fecit inde ab illa aetate. Quod nunc demum innotuerunt una cum museo provinciali condito spem confirmat fore ut res epigraphica Emeritensis diu neglecta denuo efflorescat.

Inter *Almendralejo* et *Torremejía*, non procul ab Emerita versus *Santibañez*, mansio Caspiana erat (Κάπασα Ptolemaei?); cf. Anonymi libellus de vitis et miraculis patrum Emeritensium Paulo diacono Emeritensi vulgo inscriptus ... ed. .. de Smedt S. I. hagiographus Bollandianus (Bruxellis 1881) p. 67 et *bol. de la Acad.* V 1884 p. 204.

n. 464 Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 96, 56. 468 Fita p. 95, 54. 470 Fita p. 161, 148. 471 Fita p. 95, 55. Iam est in museo, tabula alta m. 0.16, lata 0.48, litteris altis m. 0.06. 474 Fita p. 100, 58. 475 Iam in museo. Fita p. 101, 59 qui ectypum misit; fragmentum altum m. 0.32, latum 0.37. 478 *k* Fragmentum extat in castello *las*

Navas del Marqués; ectypum misit Melida, unde descripsi. Litterae sunt optimae altae m. 0.22. 481 Fita p. 102, 61 qui misit ectypum. V. 3 litterae non sunt maiores reliquis, v. 4 in fine punctum est, v. 5 post L in fine foliola hederacea tria, v. 10 ///////ATISSIMVS· 482 Iam in museo. Fita p. 103, 62 qui ectypum misit. V. 4 extr. S · ET Fita, sed in ectypo clare distinguitur SIT, id est [*Lu*]*sit*(*aniae*). 483 Fita p. 59, 28. 488 Fita p. 61, 30 qui non vidit. 491 Fita p. 104, 64. Iam est in museo, tabula lapidea alta m. 0.39, lata 0.34, litteris parvis, altis m. 0.025. 492 Fita p. 91, 52. 496 Extat in castello *las Navas del Marqués*, ectypum misit Mélida, unde descripsi. Tabella marmorea litteris elegantibus saec. II medii vel exeuntis, altis m. 0.03 ad 0.025. V. 3 I prima longa est, v. 4 I ambo minores litteris reliquis, v. 6 in lapide est BENE· MER, v. 7 in. Ϝ·C, puto F·C, v. 5 in. PR///////IS clare distinguitur, in medio vocabulo litterae una duaeve erasae sunt consulto; puto fuisse *Pr*[*ot*]*is lib*(*erta*) *et heres*. 505 Iam in museo. Fita p. 107, 67 qui ectypum misit. Titulus altus est m. 0.48, latus 0.36; litterae v. 7 altiores sunt reliquis, m. 0.07. 506 Forner p. 87, inde Fita p. 60, 29 qui non vidit. 516 Extat ibidem, *calle de Alvarado*, Fita p. 109, 69 qui ectypum misit. Basis alta m. 0.66, lata 1.15, crassa 0.70, litteris saec. II optimis, altis v. 1 m. 0.07, reliquis 0.06. V. 5 T · IVLIVS, 6 ET · IVL · DAPHNE (non PITNE) iam clare apparent. 518 Extat in castello *las Navas del Marqués*; ectypum misit Mélida. Cippus elegans litteris saec. II gracilibus eis, quae pictis similes sunt, altis m. 0.04 ad 0.025. Recte descriptus est ab antiquioribus. 522 Iam in museo. Fita p. 107, 70. Ara alta m. 1.8, lata 0.45; litterae videntur esse saec. I exeuntis, altae sunt m. 0.045 ad 0.025. 523 denuo comparuit a. 1896 in fundamentis aedificii novi *el Casino*, iam inlata in museum; cippus altus m. 0.32, latus 0.20. A lateribus insculpta sunt patera et praefericulum. Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 271 cui misit Petrus Maria Plano. V. 2 extr. CLOVTIN Plano. 531 Forner p. 88, inde Fita p. 62, 31 qui non vidit. V. 4 APIANIA Forner pro ALPHAIA reliquorum, AFRANIA coniecit Fita probabiliter. 559 (=5259) Fita p. 157, 143. 565 Fita p. 63, 32. 567 Servat Ioachim Rodriguez, *calle de Cardero* 1. Fita p. 118, 83 qui ectypum misit. Lapis altus m. 0.40, latus 0.58, litteris saec. I exeuntis optimis, altis v. 1 m. 0.06, vv. 2—4 0.05, v. 5 0.04. 580 Iam in museo. Fita p. 120, 86 qui ectypum misit. Lapis altus m. 0.33, latus 0.025, litteris saec. II elegantibus, altis a m. 0.045. ad m. 0.030. V. 4 X·X·V, v. 6 extr. Ϸ·F· . 587 Extat in aedibus Antonii Rodriguez de Morales, *calle Obispo y Arco 5*. Fita p. 128, 87 qui ectypum misit. Lapis altus m. 1.2, latus 0.49, litteris saec. II optimis, altis v. 1 m. 0.06, quae a parte laeva coeptae sunt exculpi. V. 3 SIMILIS ❦, v. 5 VIXIT·NN· LXXIIII.

16 (= n. 470) Ara marmorea elegans litteris optimis saec. II ineuntis, altis m. 0.35 ad 0.30.

VENERI · VICTRICI
L · CORDIVS · SYM
PHORVS MEDCVS
SACR · EX VOTO
infra est aquila alis expansis sedens

Descripsi ex ectypo a Mélida misso.

Puncta v. 3 et v. 4 post *ex* desunt.

---

17 Emeritae, cippus altus m. 0.85, latus 0.44, admodum rudis, in museo. Litterae altae videntur esse circiter m. 0.05; sed tam sunt evanidae, ut nec de eorum forma et mensura nec de versuum numero constet.

. .
. . . V . . .
. . . VGERAC
A GROII
IR Y AR
GV XI
SACRVM
II A . .

Ectypum et imaginem photographam misit Fita, qui memoravit neque vero descripsit *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 166.

Plano, qui detexit alicubi extra urbem, miliarium putavit propter formam columnae similem. Sed cippum esse imago photographa clare demonstrat. Unicum vocabulum quod aliqua cum probabilitate legitur *sacrum* est v. 7. Unde titulus credendus est votivus esse; reliquae litterae omnes incertissimae sunt. Apposui, siquando melius legi poterit, ne neglegeretur.

---

18 (= n. 475) E pontis opere nuper traxit Plano.

IVLIAE · F
CAESARIS

Fita descripsit ex ectypo a Plano misso et mecum communicavit in litteris datis d. 12 m. Nov. a. 1894; adnotat a parte dextra et ima pauca deesse (*la piedra se extiende á muy poco más de la parte visible*). Ectypum admodum evanidum partem laevam tantum eamque vix per- spicuam exhibet.

Ad Iuliam Caesaris Augusti filiam refert Hirschfeldius collatis titulis C. III 7156 *Iuliae Caesaris f(iliae)* et sequenti Agrippae mariti, cuius uxorem statuam Emeritae habuisse consentaneum est.

19 Emeritae, in fundamentis aedium Vincentis Zambrano (*calle del Portillo 13*) rep. est statua hominis togati alta m. circiter 2, capite et bracchiis carens; in latere plinthi, alti m. 0.21, incisum est litteris parvis et rudibus, paene scariphatis tantum, altis m. 0.07,

AGRIPPA

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 361 et XXV 1894 p. 98 e schedis amicorum.

Apparet statuam Agrippae (v. n. 21) in officina lapicidae (cf. n. 474) ita signatam esse.

---

20 Emeritae, in museo; basis alta m. 0.12, lata 0.64, litteris optimis, altis m. 0.07.

AGRIPPINAE

Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 102, qui vidit.

Ectypum nondum accepi.

---

21 Emeritae, una cum statua Agrippae (n. 19) rep. sunt fragmenta statuarum aliarum aetatis eiusdem; in crure unius litterae extant insculptae curiose, altae m. 0.0012, hae

EX OFICINA GAI AVLI

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 361 et XXV 1894 p. 98 et p. 125, 101.

C cum puncto vel potius cum lineola curva videtur posita esse pro G (G). *Gaius* hic *Aulius*, qui praenomen perscripsit secundum Graecam consuetudinem, fortasse sculptor fuit statuarum Agrippae aliorumque ex familia Augusti hominum, quae Emeritae olim prostabant.

---

22 Emeritae, lapis ex marmore albo, altus et latus *cinco palmos*, crassus pedem unum, rep. a. 1758 *en el hospital de Jesus*; litterae statim erasae et lapis in aedificii opere adhibitus interiit.

TIB · CAESARI
DIVI·AVGVSTI·F

Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 73, 33 e schedis Forneri.

---

23 Emeritae, tabula lapidea alta m. 0.21, lata 1.2, rep. a. 1886 *calle de Alfonso IX* prope ecclesiam S. Eulaliae. Litterae sunt elegantissimae, altae versu primo m. 0.06, reliquis 0.05.

NERONE· CLAVDIO· CAESARE· III · CoS p. C. 58
VITVLVS · ET · PROCVLVS · VALERI · FRATRES
TARMEST · LACIPAEA · VOTVM · SOLVER · L · M

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 94, 53.

V. 1 Solum *Nerone* vocabulum sedulo erasum est, sed supersunt apices litterarum.

Quod Valerii fratres dicuntur *Tarmest(ini) Lacipaea* cum vetusta brevitate, i. e. Lacipaea oriundi, Lacipaeam ex itinerariis Antonini p. 438, 4 et Ravennatis p. 312, 16 notum est distare ab Emerita in via Toletum m. p. XXX. Tarmestinorum oppidum fuisse, qui ipsi Arevacis contribuuntur, vel Termestinorum (Sallust. hist. II 29 D. Liv. epit. LIV Tacit. ann. IV 45; Termes Plin. III 27; Termeste Flor. III 10, 9; Τερμήσσιοι Diod. XXXIII 16; Τερμησός Τερμεντία Τερμεντεῖς Appian. Hisp. 99. 76; Τέρμες Ptol. II 6, 55 unde *Turbes* Rav. p. 311, 6), ex hoc demum titulo discimus.

---

24 In castello *las Navas*; apparet Emerita provenisse, cum nulli eius aetatis tituli imperatorii in vicinia unquam comparuerint. Litterae sunt optimae, altae m. 0.045 ad 0.03, graciles nec profunde incisae.

NERONI CLAVDIO
CAESARI AVG GERM
PONTIF MAX TRIB POT
$\overline{\text{V}}$III IIII IMP $\overline{\text{VIII}}$ P P a. 61/62

Descripsi ex ectypo a Mélida misso et edidi *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 469.

Puncta nulla unquam in lapide fuerunt et in spatio v. 4 inter numeros priores vacuo relicto ad COS vocabulum recipiendum nunquam quidquam insculptum fuit, ut ectypum demonstrat affirmatque Mélida lapide cum cura inspecto; praeterea linea transversa supra VIII numerum priorem incepta tantum est, supra IIII omissa. Unde apparet titulum mansisse imperfectum, cum quadratarius municipalis non plene intellegeret quae incidenda acceperat.

---

25 In castello *las Navas*; Emeritae tantum in capite provinciae probabile est uxori procuratoris Augusti titulum positum fuisse, ut n. 484. Litterae sunt saec. II exeuntis, pictis similes, altae m. 0.04 ad 0.03.

D ❦ M
LEBISINIAE · AVGES
P · CVSSIVS · PHOEBIANVS
PROC · AVG · MARITVS · ET
M · IVLIVS · VERIANVS
FILIVS ❦

Descripsi ex ectypo a Mélida misso et edidi *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 469.

Mulieris nomen, originis fortasse Ligusticae, mihi novum est; filius eius videtur natus esse ex matrimonio priore.

26 In castello *las Navas*; Emeritensis tam certo est quam n. 25. Litterae sunt saec. II exeuntis vel tertii ineuntis, altae m. 0.04 ad 0.03.

AVR · RVFO · TABVL ·
PROVINC · LVSIT ·
RAT · PAT · VIXIT ·
ANN · XXXIIII · M · XI
D · XIII
AVR · FESTVS · FRATER
FAC · CVR
H · S · E · S · T · T · L

Descripsi ex ectypo a Melida misso et edidi *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 470.

Aurelii Rufus et Festus fratres admonent Rufii Festi et Avieni scriptorum saeculi quarti, quorum illi maiores fuisse possunt, quamquam cognomina illa vulgaria sunt. *Tabul(arius) provinc(iae) Lusit(aniae) rat(ionis) pat(rimonii)* ita plene dictus ex Hispaniis hic primus est.

27 Emeritae in museo, fragmentum altum m. 0.2, latum 0.21, litteris optimis aetatis, ut videtur, Flaviae, altis m. 0.045.

. . . .
*le*G · $\overline{\text{VII}}$ · GEM · FE*l*
h · *s* · E · S · T · *t* · *l*
M · LF . . . . VS
. . . . . . VR

Descripsi partem ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 106, 65.

Militum veteranorumque legionis VII iam tituli aliquot Emeritae prodierunt (488. 489).

28 Emeritae, extabat in curte aedificii circuli Emeritensis, nunc est in museo. Cippus altus m. 0.70, latus 0.40, crassus 0.15. Litterarum formas et mensuras ignoro.

/// *l*ICINIO · SETIANO sic
*v*ETERANO · QVIR · EM
ERITENSI · ANN · LXXII
*li*CINIA · SETTIANA sic
*e*T · LICINIVS · TERTIV*s*
*p*ATRI · PIISSIMO · *fac*
*ie*NDVM · CVRAVER*unt*
H · S · E · S · T · T · L

Fita *bol. de la Acad.* XXVII 1895 p. 317 cui ectypum misit Plano; ego non vidi.

Fita supplevit; patris praenomen interiit. Veterani vocabulum et tribus locis non suis posita sunt.

29 Emeritae, tabula marmorea alta m. 0.65, lata 0.52, litteris aetatis Augustae optimis, altis versibus 1 et 3 m. 0.1, versu 2 m. 0.08, versu 4 m. 0.06. Servat Ioachim Rodriguez.

P · ATTEN*nio* .
AFRO *flamini?*
AVGV*sti* .....
C · ATTENNIV*s* ....

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 104, 63.

P. Attennius C. f. Gal(eria) Afer flamen Augusti patronus municipii Eporensis, quod situm est in Baeticae parte septentrionali a Lusitania non admodum remota (II 2159), ab homine hoc Emeritensi fortasse non diversus est; ut observavit Fita. Unde supplevi; sed fatendum cogitari posse etiam de homine cognomine sed alio, sive augure sive Augustali.

---

30 Emeritae, in museo; tabula lapidea alta m. 0.11, lata 0.65, litteris saec. II bonis, altis m. 0.03 ad 0.025.

protome defunctae
opere anaglypho

VLPIA · IVNIANA · ET · ANTONIVS · SATVRNINVS
MADAVRENSIS · ANN · LXXI · ME · VIVO · F · C · SI QVI DE MEIS
SVPER · EOS · ANNOS · AVSERIT · POST OBITVM · MEVM · TAMQVAM

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 107, 68.

Ulpia Iuniana et Antonius Saturninus Madaurensis ann(orum) LXXI. Me vivo f(aciendum) c(uravi); si qui de meis super eos annos auserit post obitum meum tamquam [alienos cineres meos removere, deos inferos iratos habeat].

Mirum Antonium Saturninum hunc Madaurensem, viri aetate Flavia clari cognominem, defendere iura Manium contra aliquem de suis, qui *super eos annos*, credo post annos septuaginta unum, quibus monumentum faciendum curaverat, i. e. post obitum, committere quid auserit. Supplevi finem enuntiati in altero olim lapide adiectum — nam hic infra est integer — exempli causa; *tamquam [nostros* vel *ad nos pertinentes ponere, dabit fisco .....]* proposuit Hirschfeld. Ceterum indicatio annorum LXXI videtur pertinere ad mulierem atque omnino confusa sunt quae in lapide clare leguntur. *Auserit* forma iuxta *ausim* (Neue *Formenlehre* II^2 p. 542) non offendit.

31 Emeritae, rep. una cum n. 29; servat Iosephus Pi. Lapis altus m. 0.67, latus 1.18, litteris saec. II elegantibus, altis versu 1 m. 0.045, reliquis a m. 0.035 ad 0.028.

rosa *rosa*
DIS · MAN
Q · AEMILIO
NIGRINO · PIO
IN · SVIS · AN · XV
H · S · E · S · T · T · L
QVIETI · AETERNAE
·SINE · CVRA

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 111, 71. — Clausula minus solita est hac aetate.

---

32 Emeritae, in museo; lapis altus m. 0.22, latus 0.36, litteris aetatis Augustae profundis, altis m. 0.05.

AEMILIA
L · F
LVCVLLA

Descripsi ex ectypo, quod misit Fita. Is ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 112, 72.

---

33 Emeritae, '*en lo ultimo de la Calle Nueva, saliendo hacia los cortinales, en la casa pajar de Franc° Bote, en uno de los postes para sostener el tejado*'.

L · ANNIVS
RVFVS
ANNIA · L · F
SABINA
H · S · S
T · IVLIVS · T · F
MODES
D · S · P

Forner p. 134, inde Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 74, 35.
V. 7 si recte descriptus est, cognomen breviatum insolenter.

---

34 Emeritae, in museo; lapis altus et latus m. 0.22, litteris saec. I bonis, altis m. 0.03.

protomae duae patris et filii
Q · ARTICVLEIVS
Q · F · AVITVS
VIXIT · AN · V
H · S · E
S · T · T · L

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 113, 73.

35 Emeritae, in museo; lapis altus et latus m. 0.45, litteris saec. II bonis, altis m. 0.04.

CAECILIA · MOSCHIS
ANN · XXX · H · S · E · S · T · L sic
L · VALERIVS · DAPNVS
VXORI · OPTIMAE
ET · IVL · CAECILANVS
MATRI · PIENTISSIMAE
F · CVRAVER ·

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 114, 75.

---

36 *Caminillos*, extra muros Emeritae, ad orientem a theatro Romano; iam in museo. Arula alta et lata m. 0.13, litteris saec. II bonis, altis m. 0.01 ad 0.015.

D · M · S ·
CALLIRHŒ
AN·XL·H S E S T T L
HELIVS · VXORI
MERENTISSIMAE
F · C

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 114, 76.

---

37 Emeritae, in museo; arulae pars inferior, alta m. 0.13, lata 0.15, litteris saec. II bonis, altis a m. 0.03 ad 0.02.

AN · XVII · H · S · E · S · T · L sic
CORDIA · POM
PEIANA · PATRI
F · C ·

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 115, 78.

---

38 Emeritae, '*en una ermita arruinada junto al rio Aljucen*'.

CRESCENS
CLEM · S · F · RV
ANN·VII
H·S·E·S·T·T·L
/ / / / / / / /
/ / / / / / / / / /

Forner p. 141, inde Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 75, 39.

Lege *Crescens Clem(entis) s[e]rv(us) ann(orum) VII h. s. e. s. t. t. l.* In fine nihil videtur deesse.

39 Emeritae, rep. *'años pasados cuando sè manifestó un pozo que está casi en medio de la plaza mayor, y hoy dia dicha piedra sirve de tapadera á la boca de dicho pozo'*.

DOB · SAV
LCI · F
H · S
E

Forner p. 129, inde Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 75, 37.

Fortasse *[L]ob[e]sa V[e]ci f(ilia) h. s. e.* Lobesus et Lobesa frequentia sunt, Vecius extat II 2584 et fortasse 2956 (Vectus).

---

40 Emeritae, in museo; lapis altus m. 0.14, latus 0.20, litteris saec. II altis a m. 0.03 ad 0.02.

D · M · S
P · EGNATIVS
FLORENTINVS
ANN·LXXIIII

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 116, 79.

V. 4 annorum numerus in ectypo deest. Fita adnotat mulierem cognominem Egnatiam Florentinam esse in titulo Cordubensi n. 2274.

---

41 Emeritae, in museo; lapis parvus, altus et latus m. 0.13, litteris saec. II, altis m. 0.02 ad 0.015.

M · FL · PRI
MVS · MEM
S · ET · PATRO
NO · SVO · M · FL ·
RVFO · HONO
RIFICO · FE

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 116, 80.

M. Fl(avius) Primus mem(oriam) s(ibi) et patrono suo M. Fl(avio) Rufo honorifico fe(cit).

V. 5. 6 expectaveris *honorificam;* sed patronus *honorificus* dici potuit.

---

42 In castello *las Navas;* originis incertae, sed paene certo Emeritensis; litteris saec. II bonis, altis m. 0.05 ad 0.04.

D · M · S
F L A V I A E
E L P I D V sic
B E N E M E R E N T
MARC VRBICVS

Descripsi ex ectypo a Mélida misso.

Elpidu dativus pro *Elpidi* quo modo explicetur nescio, nisi aut error est lapicidae aut *Elpidu(s)* genetivus.

43 Emeritae, in museo; lapis quadratus altus et latus m. 0.22, litteris saec. II, altis m. 0.022.

FORTVNATAE · SER ·
FIDELISSIMAE·CON
SERVATRICI · ET · AMA
TRICI · DOMINI
H · S · E · S · T · T · L ·
SALVIANVS · B · M · F

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 117, 81.

---

44 Emeritae, in museo; fragmentum altum m. 0.25, latum 0.23.

G E M E L
H·S·E·S·T·E
VS
VR

Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 156, 142. Ectypum non habui.

---

45 Emeritae, cippus fastigiatus, rep. in domo marchionissae de Pinares; est in museo, altus m. 0.35, latus 0.22, litteris saec. I exeuntis secundive optimis, altis a m. 0.05 ad m. 0.025.

D · M · S
L · I V L I O
A M O E N O
A N N · X X I I I I
H · S · E · S · T · T · L
CASSIA · AMOENA
FILIO · PIISSIMO
FECIT

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 118, 82.

---

46 Emeritae, *en la calle de San Salvador*, in domo Isidori Leal de Cáceres; cippus elegans.

D · M · S
Q · IVLI · AVIT
P A P · E M E R
A N N · X L V I I I
H·S·E·S·T·T·L
///A SYNERV///

Forner p. 135 s. (inde Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 73, 34) qui adnotat v. 6 evanidum esse.

Supple [*Iuli*]*a Syneru*[*sa*] . . .

Papiria tribus Emeritensium nota est; post cognomen et una cum patria collocatur non raro.

47 Emeritae, ibidem (ut n. 33).

L · IVLIVS
RVFVS
IVLIA · L · F
SABINA
H · S · S
T · IVLIVS · T · F
D · S · P

Forner p. 133, inde Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 74, 36.
V. 6. 7 expectamus L·F et cognomen.

---

48 Emeritae, extabat in figlinis Emmanuelis Perez Muñoz prope pontem *de Albarregas* in via Romana·Caperam versus; iam est in museo. Cippus altus m. 0.40, latus 0.25, crassus 0.15.

IV*lia* *f*ELICIS
SIMA · ANN · XXVI
IVLIV*s* *pro*CVLV
S · ET · IVL*ia* *c*RO
TALE · FILIAE · IN
DVLGENTISSIM*a*
E · BENE · MERENT
I · FECERVNT · H · S · S · T
t. l.

Fita *bol. de la Acad.* XXVII 1895 p. 317 cui ectypum misit Plano. Lacunae supplentur nullo negotio.
Cf. Iulius Proculus n. 812.

---

49 Emeritae, in museo; tabella lapidea alta m. 0.12, lata 0.18, litteris saec. I altis m. 0.025 ad m. 0.015.

MAGIA · MAXIMA
*a*N · XL · H · S · E · S · T · T · L
*t*ER · DONATA · FIL
IA · DE · SVO · F · C

Descripsi ex ectypo imperfecto a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 119, 85.
V. 3 in. [*Co*]*r*(*nelia*) Fita; sed E litterae vestigia video in ectypo. Unde supplendum [*T*]*er*(*entia*). V. 4 in ectypo non comparet.

50 Emeritae, servatur una cum n. 45; lapis altus m. 0.24, latus 0.26, litteris saec. II altis m. 0.03 ad m. 0.026.

D · M · S
LVCCEIVS · DORI
ON · AN · XXXV
PROSODIA · SE
VERA · VXOR · MA
RITO · PIISSIMO · F · C
H · S · E · S · T · T · L

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 119, 84.

V. 1 in ectypo non comparet.

---

51 (= 549) Emeritae, '*en el convento de So. Domingo, en un pedazo de pared levantado en 1756*'.

A · MANLIV
CORNVT
PHILEM
IN FRONTE · P · X
IN · AGR · P · IX

Forner p. 147, inde Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 76, 40.

Exemplum imperfectum ex Amati schedis solis notum suppletur.

V. 3 PHILEN Forner, PHILEM schedae Amati. Cognomen duplex non offendit.

---

52 Emeritae, olim in palatio ducum *de la Roca*, iam in museo; cippus altus m. 0.24, latus 0.13, litteris saec. I optimis, altis versu 1 m. 0.045, versu 2 m. 0.025, reliquis m. 0.02.

protome
viri
delineata
et olim picta

PHOEBVS
VIBIORVM
*no*BILIORVM · IVVEN
*i*S · ET · PRIMVLA · SER

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 106, 66.

V. 3 *a*BILICORVM Fita contra lapidem, scilicet cogitans de gente Abilicorum II 2698 sive Abliqum II 2817. 5783. Vibii illi ut Fulvii nobilissimi Nobiliorum cognomine utebantur. Protomen defuncti in lapide pingi in Hispania praeterea non observavi; protomae Pompeianae pictae et inscriptae notae sunt. Consuetudinem fortasse patriam in provinciam secum tulerunt Vibii hi Emeritenses, si a Vibiis Pompeianis oriundi erant. Servus et ancilla servi lapidem posuerunt.

53 Emeritae, in museo; lapis altus m. 0.38, latus 0.27, litteris saec. I bonis, altis a m. 0.035 ad 0.02. Margo superior a dextra parte superest.

l. barbatius
*placid*VS
*ux*ORI · D · S · F · C ·
*b*ARBATIA · T · F
PLACIDA
ANN · IIII · M · III
H · S · E · S · T · T · L
BARBATIA · PLACI
DI · LIB · QVARTA
AN · XXXVII · H · S · E · S · T ·
T · L ·

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 113, 74 et supplevit probabiliter.

---

54 (= 583) Iam est in museo, lapis parvus, altus m. 0.11, latus 0.33, litteris minusculis, altis m. 0.011, saec. ut videntur primi.

· D · · M · S ·
POMPEIA · QVINTILLA · M · LIB · ET · M · POMPEIVS
*epic*HARM*us* H · · S · S · S · V · T · L · M · POMPEIVS
FIRMANVS · ET · POMPEIA · BADIA · COHEREDES

Descripsi ex ectypo satis evanido a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 121, 88.

V. 1 QVINTILIA Alsinet et Fita.

V. 2 in. . . . IARI Alsinet, unde olim supplevi *Hilarianus* dubitanter; . . HARM . . in ectypo vidimus ambo, Fita et ego. Unde *p*HARM*acus* Fita supplevit, minus probabiliter.

V. 3 . . A . . IA Alsinet, BEDIA Fita, BADIA vidi in ectypo. Badius nomen Italicum pro cognomine rarum est; indicabat fortasse colorem capillorum.

---

55 Emeritae, in museo, lapis altus m. 0.32, latus 0.34, litteris saec. I exeuntis, altis a m. 0.07 ad m. 0.06.

RVBRIA
QVINTI' '*a*
ANN · LV · H · S · E
M · LVC

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 122, 89.

V. 2 est *Quintilla*, v. 4 *M. Luc*[*retius*] vel *Lucilius*.

56 Emeritae, servatur una cum n. 29, lapis altus et latus m. 0.63, crassus 0.04; litteris saec. II, altis a m. 0.02 ad 0.015.

protome viri togati d. aleam (?),
s. rotulum gerentis

*v*AL · MAXVMINAE · ANN · XXXVIII · M . . .
d. XIIII · VAL · LVPVS · VXORI · INCOMPARABILI
h. S · E · S · T · T · L

Descripsi aegre ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 122, 90.

Virum dextra aleam (*un dado* Fita) tenere vix credendum; fortasse pugillaria sunt.

---

57 Emeritae, in museo, mensurae lapidis non indicantur; litterae sunt saec. I ex. altae a m. 0.045 ad m. 0.04.

D
VETTIA · RVFINA
ALFIA · MARC

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 123, 91.

---

58 Emeritae, in museo, cippus parvus, altus et latus m. 0.20, litteris saec. I altis m. 0.02 ad 0.03.

C · VIBIVS
CLYMINVS
HIC · SITVS
EST
S · T · T · L

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 123, 92.

Fuit *C. Vibius Clyminus*, pro *Clymenus*.

---

59 Emeritae, in museo, arula alta m. 0.34, lata 0.18, litteris saec. II altis m. 0.025.

D · M · S
VICT · VICTVLLA
ANN · XXXV
TER · NOVELLI
SOBRINIS · SVIS
F · C

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 123, 93. Lectio certa est.

Vict(oria) Victulla Ter(entii) Novelli cur *sobrinis suis* monumentum faciendum curaverit ignoramus. Nomina eorum fortasse in alio lapide inscripta erant. De altera sobrina, cui alius lapis potuit inscriptus esse, cogitavit Hirschfeld.

60 Emeritae, '*sirve de arquitrave ú losa en una puerta de un pajar de los que están entre el convento de Nª Sª de la Antigua y el rio Guadiana*'; pars dimidia superior deest.

H·S·E·S·T·T·L
VITALIS · F
D · S · P
PROCVLA
SOROR · F · C

Forner p. 136, inde Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 75, 38.

---

61 Emeritae, in museo, fragmentum altum m. 0.35, latum 0.21, litteris saec. III malis, altis m. 0.05 ad 0.03, ex parte evanidis.

. . . . . . O
. . . . CLAV
. . . CVND
. . . . I·LHS
. M M O I
. ENTE C
. M O D

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 115, 77 et supplevit.

Quantum a parte laeva desit non constat; unde supplementa minus certa sunt.

V. 1 om. Fita. 4 . . . N·L·H, 5 MMON, 6 ENT·Ǝ·C idem.

62—68 Emeritae, in museo, fragmenta.

62
ORI
qui ETO CO
pro VINCI
eme RIT

63
NRAM
DEROS
IAV

64
PAT
ANN
H · S

65
NA
SER ED
S·IS·ƆI

66
ANN
FRATRI
I

67
METI

68
M
VM·SE

Descripsi ex ectypis a Fita missis, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 124, 94—100.

62 v. 2 pro *Quieto* cogitari etiam potest de *Paeto* aliisque cognominibus. Deinde suppleri non potest *co*[*nsulari*], nam litterae sunt saeculi fere secundi. De *co*[*niugi et Pro*]*vinci*[*ali dec. col. Eme*]*rit*[*ensis filio*] vel similibus cogitavit Hirschfeld.

63 v. 1 non intellego. V. 3 Fita elementa Iberica esse credidit, quorum in illis regionibus vestigia nulla umquam reperta sunt. Litterae sunt malae saec. II vel III; quales fuerint v. 3 incertum. V. 2 idem legit DEROG., erat fortasse [*Pae*]*deros* cognomen.

XXIII. TVRGALIVM p. 822.

Accedit *Madrigalejo.*

69 (= 5277) *Trujillo, en el castillo.*

B · ELON
E · C · IVL
IVS · VITV
LVS · AR
//////////

Fita *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 397 e schedis anonymi alicuius.

Idem refert etiam exempla titulorum n. 672. 674. 675. 676. 678. 680. 681. 684 (cui additus est versus ultimus S·T·T·L) eiusdem anonymi Academiae oblata esse. Exemplo hoc novo confirmatur quam olim proposui lectio. Bellona dea num re vera nominetur dubitari potest; subest fortasse nomen deae deive alicuius peregrini male lectum.

69*a* *Madrigalejo* (cf. 653—655. 5294—5296).

C · VIBIVS
PROCVLVS
N·L·H·S·E·S·T·T
L · MVSSANIA
M · F · MAVRIL
LA · D · S · F · C

Fita *bol. de la Acad.* XXVII 1895 p. 416 acceptam a Iuliano Aldecon canonico Matritensi. *Mussania* nomen rarum est.

XXIV. NORBA p. 825.

Accedit *el Pedroso.*

70 *El Pedroso, partido de Garrovillas, en la dehesa boyar y comunal del pueblo.*

D · M · IRINE
VS · AMBA
TI · F · BOTIL
LA · AMI · F
S · ET · VIRO
F · C · S · T · T · L

Fita *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 398 repertam ab Emmanuele Perez.

Irineus vix Graecum Irenaeus, sed potius originis Ibericae ut *Irrico* n. 2843. Botilla deminutivum esse Botia vel Boutia nominis recte observavit Fita. *Amius Ammius* nomina sunt in regionibus illis frequentia.

XXV. TITVLI PONTIS ALCANTARENSIS p. 826.

n. 761. Epigrammata pontis Alcantarensis tractavit accurate Gregorius Mayans in epistula manu scripta ad Walchium, quae in bibliotheca Gottingensi servatur (supra p. LXXXII) et in epistula ad Burmannum impressa in praefatione ad Anthologiam veterum epigrammatum Latinorum ab hoc editam a. 1773 (vol. II p. XV), de qua dixi supra p. 352. Difficultates, quas praebet interpretatio, acute exponit multaque inepte expressa iudicat, neque vero dubitat de antiquitate vir alioquin quam maxime diffidens conterraneis suis, cum homines permulti fide omnino digni titulos illos viderint et descripserint.

XXVII. CAPERA p. 827.

Accedunt *Baños de Montemayor*.

n. 813. Extat in castello *las Navas del Marqués* (v. cap. XXI); est cippus magnus, elegans, litteris saec. II bonis, altis m. 0.035 ad 0.04. Descripsi ex ectypo a Mélida misso; antiquiores recte omnino descripserunt.

71—79 Ad aquas Nympharum Caperensium (*Baños de Montemayor*) prodierunt arulae votivae novem antea incognitae, cum decem iam notae propter neglegentiam incolarum interierint omnes (n. 883—892); quarum quinque emendare studuit Fita (n. 883—886. 888 = p. 149, 133—150. 137). E novis quinque sunt Nympharum, duae Fontanae, duae Salutis.

71 (m. 0.14×0.14) F. 131.

NYMPHIS · C
APARENSIVM
AELIVS ❦
EPINICVS
V · S · A · L

72 (m. 0.13×0.11) F. 129.

N Y · M
P H I S
A M M o
N I C v S
V · L · A · S

73 (m. 0.17×0.20) F. 128.

NYMPHIS
LIK · SYRIM
CHES ❦
V · A · L · S

74 (m. 0.15×0.15) F. 132.

NYMPHIS · C
APARENSIVM
MINIATV////
V · LIBES · M · S

75 (m. 0.14×0.17) F. 130.

NYMPHIS
T · VA · COS
MOS · V//////////

76 (m. 0.15×0.18) F. 126.

FONTANAE
*a*EL · V*e*RINVS
EME · PRO · S*a*
LVTE · CoMoDI
V · S · LIBES · M

77 (m. 0.19×0.14) F. 127.

FONTANae
FIRMVS
MMI · S
V · S
L · M

78 (m. 0.40×0.20) F. 124.

SALVTI
PRIVATA[vs]
L · A · V · S

79 (m. 0.55×0.18) F. 125.

SALVti
RVFNus
LIBES
VOT · S
O · MER

Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 145, 124—132 cf. p. 165 ex ectypis, quorum quaedam mihi submisit, sed legere plane nequivi. Unde dubito de 73 v. 2 (fortasse *Li*[*c*(*inius*) *E*]*urima*[*t*]*hes*), 74 v. 3 (fortasse *Min*(*icius*) [*C*]*atu*[*s*]); 76 v. 2 VIRINVS correxi. Reliqua plana sunt, supplementa certa praeivit Fita.

76 v. 3 supple *Eme*(*ritensis*). V. 4 *Comodi* si recte legitur, certe non est de imperatore interpretandum.

Quod olim non satis clare elucebat (v. n. 884. 891) nunc apparet, scilicet Nympharum hoc sacellum Caperae, non Salmanticae fuisse contributum.

79a *Almendralejo* (cf. n. 483), 30 chiliom. ab Emerita versus meridiem, cippus altus m. 0.72, latus 0.24; servat ibi Antonius Martinez.

D · M
SETIN
VS · TI
CI · EPAPR
HODITI · SE
R · AN · XVIII
H · S · E · S · T · T · L

Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 350 ex ectypo misso a Marchione de Monsalud.

Addit ab eodem accepta esse nuper ectypa titulorum Emeritensium n. 541 et 577, quibus emendantur exempla a me proposita Iohannis Fernandez et Moreni de Vargas in rebus quibusdam minimis, quas hic indicare non est operae pretium.

II. BAETICA.

Regiones aliquot Baeticae occidentalis et meridionalis nuper inscriptionum causa visitavit Fita, cum Emeritam iter fecisset ad museum ibi inaugurandum (v. supra p. 360). Unde quas in peregrinatione illa inscriptiones sive vidit adhuc superstites sive frustra investigavit, quas enumeravit et denuo protulit in relatione itineris illius paene omnes, indicavi infra una cum nuper repertis, quae accesserunt per ipsum eiusque amicos aut aliunde, paucis illis nec magni momenti. Gaditani debentur P. Francisco de Asis Vera, Malacitani et Cordubenses Berlangae. Schedae Martini Vazquez Siruela (cf. vol. II p. XIX 53) servatae Hispali in bibliotheca Columbina (n. 131 — 190 — 105), de quibus rettulit Arthurus Engel (*Rapport sur une Mission archéologique en Espagne 1891*, *Nouvelles Archives des Missions*, *tome III* 1892, Parisiis 1893, p. 37), cum a me adhiberi non potuerint, spero fore ut aliquando examinentur. Sed non puto multa inde nova proditura esse.

CONVENTVS HISPALENSIS.

II. ILLIPVLA p. 834.

80 *Niebla*, in ecclesia S. Martini inserta parieti navis, tabella marmorea longa m. 0.21, alta 0.075, litteris saeculi I satis bonis, actuariis, altis m. 0.01.

TERRENVM CORPVS CAELESTIS SPIRITVS IN ME
QVO REPETENTE SVAM SEDEM NVNC VIVIMVS ILLIC
ET FRVITVR SVPERIS AETERNA IN LVCE FABATVS


Descripsi ex ectypo misso ab E. S. Dodgson Britanno m. Nov. a. 1894. Caro *antiguedades de Sevilla* (1634) f. 216 v. ibidem viderat; sed cum adnotaret reperire se eundem titulum in Pithoei epigr. select. (Parisiis 1570 et 1580) p. 125, hominem sublestae fidei aut finxisse locum aut exemplo novicio deceptum esse credidi. Neutrum verum esse nunc demum apparuit. Capenae enim in Italia extat lapis inscriptus 'Iulia Marcella Clodio Fabato marito';

sequitur deinde idem epigramma, sed versibus aliter divisis. Titulum Capenatem post auctores saeculi XVI vidit et descripsit Eugenius Bormann C. XI 3963, unde post Pithoeum Burmannum Meyerum inter carmina sua epigraphica (Lips. 1895) recepit Buechelerus (I 591). Exemplar Ilipulense antiquum et genuinum esse nulla dubitatio est, sed propter formam tabellae et litterarum e Capena Italiae eo delatum crediderim a docto quodam peregrinatore. Mirum sane si in Fabatum alterum, a Iuliae Marcellae illius marito diversum, iterum adhibitum esset ex sylloge aliqua exemplorum, qualibus lapicidas usos esse saepius observatum est; veluti ab Edmundo Le Blant. E Caro exscripsit Mayansius et misit Petro Burmanno Anthol. vet. epigr. Latin. vol. II (1773) p. XIV, qui exemplum hoc ex Italico descriptum putavit (v. supra p. 352). Titulum e numero cryptochristianorum esse observavit Hirschfeld.

III. AERIFODINAE *RIO TINTO* p. 834.

In aerifodinis vetustis, quae nunc exercentur a societate Britannica, res antiquas multas prodire praeter alios, quos antea iam memoravi (l. s. s.), testis mihi est peregrinator Britannus Eduardus S. Dodgson, cui debeo observationes de regionibus illis multas et utiles. Is vidit in vico aerifodinarum illarum, quibus Tharsis nomen vetustissimum et paene fabulosum e scriptura sacra nuper inditum est, fragmentum quod infra posui tituli ut videtur sepulcralis non satis perspicuum. Illud tantum intellegitur, hominem eum cuius memoriam continet, ut Reburrum illum Limicum (n. 5353), in has regiones pervenisse e Callaecia; ibi enim Camalus nomen frequentissimum est.

81 Tharsis, apud Guil. Rutherford Britannum, directorem aerifodinarum, tabella ex argilla facta, litteris gracilibus.



E. S. Dodgson misit m. Febr. a. 1894 a se descriptam; ectypum vel imaginem photographam obtinere nondum potui.

V. 3 videntur potius fuisse F·H·S·*e*; nam E.I potuit legi pro H. Quid v. 4 lateat non perspicio; nam vix cogitandum nec de [*in ho*]c *tu*[*mulo*] formula plerumque christiana nec de *et tu* vel similibus, quae a titulis hisce semibarbaris aliena sunt.

V. NERTOBRIGA p. 835.

E situ oppidi alicuius vetusti, quam *Valera la vieja* dicunt incolae, prope *Frejenal de la Sierra* — videbatur autem situs esse Nertobrigae

Baeturicae (cf. supra p. 125) — provenerunt tituli n. 972—978. Eos denuo investigavit Paulus Emmanuel Guijarro exceptis duobus, qui non comparuerunt (n. 973. 978), novosque addidit effossionibus institutis indidem prodeuntes quattuor cum fragmentis duobus (*bol. de la Acad.* XXII 1893 p. 474 ss.). Qui probant, quod antea demonstrari nondum potuerat, situm illum re vera esse oppidi Concordiae Iuliae Nertobrigae. Ectypa misit Fita, quae contuli.

n. 972 *Frejenal de la Sierra*, adhuc in aedibus municipii, *en el primer rellano*, basis alta m. 0.40, lata 0.33. Guijarro *bol. de la Acad.* XXII 1893 p. 474.

974 Ibidem, a laeva tituli n. 972, alta m. 0.37, lata 0.43. Guijarro p. 474.

976 Ibidem, a laeva tituli n. 972, alta m. 0.21, lata 0.37. Guijarro p. 475. Excidit initio versus unus D M ....

977 Ibidem, lapis altus m. 0.28, latus 0.49, litteris optimis saeculi primi. Guijarro p. 476.

---

82 *Valera la vieja*; basis parva, alta m. 0.20, lata 0.30, litteris elegantibus aetatis fere Hadrianae, altis m. 0.02.

GENIO · MVNIC *ipi*
C · I · NERTOBRIGAE
PALMAM·EX·ARGENT·I
OCTAVIA·MAXVM V*xor*
V · S · L · *m*

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXII 1893 p. 379.

Genio muni[*cipi*] *C*(*oncordiae*) *I*(*uliae*) *Nertobrigae palmam ex argenti* [*p*(*ondo*) . . .] *Octavia Maxumi u*[*xor*] *v*(*otum*) *s*(*olvit*) *l*(*ibens*) [*m*(*erito*)].

V. 2 in. C · I litterae quamvis evanidae tamen satis certo dispiciuntur. Nomina oppidi ex Plinio nota sunt. — 3 extr. hasta una tantum apparet, unde supplevi *p*(*ondo*); sed potest excidisse numerus librarum. — 4 extr. I cum M coniuncta, item V litterae initium clare apparent in ectypo; unde suppleri nequit *Maxuma* vel *Maxumilla*.

Maxumus maritus fortasse iuxta uxoris aliud donum dederat, ut II 3228.

---

83 *Valera la vieja*, tabula lapidea longa m. 0.55, alta 0.30, litteris similibus atque n. 82, altis m. 0.04.

CCI
sac ERDOTI · DIV *ae*
AVGVSTAE
eu TRAPELVS · LIBE *rtus*

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXII 1893 p. 380.

V. 1 nomen fuit muliebre velut [*Fla*]*cci*[*llae*]; de [*A*]*cci*[*tanae*] cogitaverat Fita, sed Acci in provincia Tarragonensi nimis longe distat a Nertobriga neque facile hoc loco originis indicationem expectamus.

3 *diva Augusta* potest fuisse sive Matidia sive Sabina.

---

84 (= 975) *Frejenal de la Sierra*, extat adhuc in ecclesia S. Annae, *en el ultimo peldaño de las gradas del altar mayor.*

MEMMIA · T · F · *avi*TA
L · ANTISTIO · SE*re*NO
VIRO · ET
L·ANTISTIO·AVITO·FILIO
AN · XXII · D · S · P · F · C
H · S · S · S · V · T · L

Descripsi ex ectypo a Fita misso. Guijarro *bol. de la Acad.* XXII 1893 p. 475.

Textus antea a me editus, quem Masdeu acceperat ab amico aliquo, inde suppletur et emendatur. V. 2 *Ser*[*enia*]*no* Fita proposuit; propter spatium praetuli formam breviorem.

---

85 *Valera la vieja*, fragmentum tabulae lapideae longum m. 0.33', altum 0.22, litteris vetustis aetatis sive liberae rei publicae sive Augustae ineuntis, altis versu 1 m. 0.70, versu 2 0.60, versu 3 0.50.

P.OLLIo
SVRIACVS
C · D · S · P

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui accepit a Paulo Emmanuele Guijarro et ed. *bol. de la Acad.* XXII 1893 p. 381.

Pollio patronus opus aliquod dedit, Suriacus sive servus sive libertus [*f*(*aciendum*)] *c*(*uravit*) *d*(*e*) *s*(*ua*) *p*(*ecunia*). V. 2 [*negotiator*] *Suriacus* proposuit Hirschfeld. Quod *Suriacus* litteris minoribus scriptum est, non puto eum et Pollionem aequo iure opus aliquod fecisse. V. 3 *d*(*e*) *s*(*ua*) *p*(*ecunia*) in fine positum sane insolens est; unde fortasse praeferendum *d*(*e*) *s*(*uo*) *p*(*osuit*). Sed *c* quod praecedit non facile suppletur; *ob honorem dec*(*urionatus*) proposuit Hirschfeld. Guijarro ad Asinium Pollionem rettulit, qui ulteriorem provinciam rexit a. 710/44; sed quamquam conveniunt litterarum formae vetustae, tamen cognomen Pollionis minime rarum est.

---

86 *Valera la vieja*, fragmentum longum m. 0.15, altum 0.045; litterae altae m. 0.035 videntur satis vetustae esse.

KETIT

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXII 1893 p. 382.

Non intellego quid subsit, nisi fuit *rei p(ublicae) I(uliae)* [*C(oncordiae)* *Nertobrigensis*]. De [*Luc*]*reti T*[*hrepti*] cogitavit Fita, minus probabiliter.

---

87 *Valera la vieja*, fragmentum rep. cum praecedentibus, scriptum litteris elegantibus.

AE

❦

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXII 1893 p. 382.

Non pertinebat ad titulum sacerdotis divae Augustae supra n. 83, nam litterarum formae et lapis differunt.

---

88 *Valera la vieja*, in angulo aedium Emmanuelis Ledesma (*calle de Bastimento n. 8*) in loco alto a solo m. 8, unde mensurae lapidis non indicantur.

FRVCTVOSA
VIX · ANN · XII
H · S · E · S · T ·
T · L COSIAE
VERNACV

Fita *bol. de la Acad.* XXIV 1894 p. 28 ex ectypo misso a Paulo Emmanuele Guijarro, qui antea ediderat non plenam ibidem XXII 1893 p. 477. Ectypum non vidi.

Cosiae vernacu(la) verba postea addita sunt litteris minoribus, ut indicarent, puto, Fructuosam Cosiae alicuius vernaculam fuisse.

VI. OPPIDA BAETVRIAE VARIA p. 835.

n. 983 Infra n. 89. 984 Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 47, 6 qui non vidit. 987 Fita p. 47, 7. 988 Fita p. 48, 8. Pro *Quaternus* et *Cincinatus* nominibus a Roderico Caro sine dubio aut male lectis aut omnino fictis Fita proposuit *Maternus* et *Cincianus* legendum esse. Nomina breviata ante cognomina [*Va*]*l*(*erius*) et *L*(*ucretius*) solvi posse adnotat. Scriptoris fides nuper comprobata est titulo illo supra n. 80 denuo detecto; tamen de hoc titulo nondum sublata est omnis fraudis suspicio. 989 *Salvatierra de los Barros*, leugas tres a *Jerez de los Caballeros* versus septentriones; extat in aedibus Francisci Perez. Supra inscriptum est *antigua lápida oscurecida en 1664 y hallada en esta casa en 1879.* Lapis altus est m. 2.90, latus 0.34, litterae altae m. 0.05, saeculi I exeuntis, ut Fitae visae sunt. V. 1 et 5 extr. ❦ extat. Fita *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 74 ex ectypo ab Eligio Mundí

misso. 992. 993. 997. 1002. 1004 Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 48, 9—13 item 1000. 1010 Fita ibid. p. 45, 1. 2 frustra quaesivit. 1012 Lapis extat, sed inscriptio paene tota periit. Fita *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 74. 5354 Ara alta m. 0.64, lata 0.58 nuper translata est in museum urbis *Vich* Catalauniae. Imaginem pictam academiae Matritensi misit marchio *de Monsalud*, qui addidit de capite anaglypho propter rostri formas graves non sibi videri repraesentatum esse Silenum, sed potius genium fontis. Scilicet solebat Silenus pro fontis genio coli a Romanis. Unde repetivit Fita *bol de la Acad.* XXVIII 1896 p. 351. Ceterum accurate descripserat Guerra. 5355. 5356 Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 56, 21. 22.

Ex itinerarii Antoniniani numeris Perceiana mansionem cadere in *Villafranca de los Barros*, Contributam in *Zafra* oppidum deduxit Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 51. Idem adnotat (p. 57 ss.) in *Villafranca* nuper conditum esse museum archaeologicum, quod continet vascula quaedam inscripta infra memoranda.

---

89 (= 983) Lapis adhuc extat in oppidulo *los Santos de Maimona*, in ecclesia; altus est m. 0.32, latus 0.94 et scriptus litteris saec. III non bonis, altis m. 0.04, evanidis ex parte.

C · VARINIO · FIDO · AED · $\overline{\text{II}}$ VIRO · FLA
MINALI · PROVINCIAE · BAETI
CAE · ANNORVM · LXX
VARINIA · FLACCINA · FILIA · C · F
FECIT

Descripsi ex ectypo a Faustino Merlin Aguilar misso Fitae, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 50, 14.

V. 1 pro vocabulis FIDO · AED · $\overline{\text{II}}$ VIRO, e quibus in ectypo ED · $\overline{\text{II}}$ vix distinguo, Morales reliquique editores dederunt inepte supplentes PIENTISSIMO VIRO. Nunc demum vera lectio prodit. De *viro flaminali* dubitavi in Indice p. 1132; *flaminalis* vocabulum pro flamine perpetuo in Hispaniis antea nondum repertum est. — V. 4 C · F est *clarissima femina*; nam fuit uxor Licinii Sereniani praesidis puto provinciae Baeticae II 1024. Licinium aliquem Serenianum Maximiano imperante legatum Cappadociae fuisse docent miliarii C. III S. 6932. 6945. 6946; ut adnotat Hirschfeldius.

VII. *BADAJOZ* p. 835.

n. 1016. 1019 Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 154, 140. 141. In n. 1016 ut difficultatem solveret, quae inest in litteris tituli prioris *P. Cincio*

Pap(irio) Ruf(o) | *A · M · leg(ionis) X*, in quibus ego olim *AMmaia* patriam militis inesse conieci, RVF|*o M(iliti)* Kubitschekius scripsit minus probabiliter, Fita A litteram solam patriam indicare putavit *Aturnea* locum a Ravennate (p. 314, 9) ibi memoratum, ubi itinerarium Antoninianum mansionem *ad Adrum fluvium* ponit (p. 418, 2); unde nomen illud omnino corruptum esse apparet. Restat igitur in litteris A · M latere aut quod olim proposui patriam militis sive *Am(maiam)* sive aliam aut munus aliquod militare; fortasse A[*r*]M*orum*, ut in titulis Africanis. Nisi obstat aetas tituli satis vetusta ut videtur, i. e. Augusta. Interpretatio igitur omnino incerta.

VIII. *ALHANJE* p. 836.

n. 1024 Lapis extat ibi in thermis *de Santa Ana*, altus m. 0.67, latus 0.49, litteris saec. III exeuntis; ectypum habuit Fita. Dixi ad n. 89 Variniam Flaccinam filiam C. Varinii Fidi flaminalis provinciae Baeticae tituli n. 89 (= 983) uxorem fuisse Licinii Sereniani huius praesidis provinciae Baeticae — nam clarissimum virum munere non indicato praesidem esse puto —, quod iam perspexerat Morales, *bol. de la Acad.* XXV 1895 p. 50 et 129.

IX. VGVLTVNIACVM p. 836.

n. 1025. 1026. 1029 Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 45, 3. 46, 4. 5 frustra indagavit. 1035 Fita ibid. p. 140, 117.

90 *Medina de las Torres*, prope aediculam S. Blasii, quae abest ab oppido versus septentriones et orientem tres quartas leugae, cippus, cuius mensurae non indicantur. Tabella inscripta alta est m. 0.6, lata 0.4.

D ❦ M ❦ S
L · IVNIVS · L · LIB · HEBENVS
AN · LXV · IIIIII · AVGVSTALIS
SIBI · ET · VXORI · VAL · RESTITVTAE
F · C · H · S · S · S · V · T · VALERIA · RES
TITVTA · AN · XL · H · S · E · S · T · T · L
T · R · PR · DICAS · S · T · T · L

Fita *bol. de la Acad.* XXVII 1895 p. 318 acceptam a Faustino Merlin Aguilar.

Cf. n. 984; in seviri Augustalis titulo VIR omissum est, ut v. 3, etiam n. 1325 et alibi. V. 5 L ante VALERIA omissum errore aut lapicidae aut descriptoris.

X. REGINA p. 836.

n. 1036. 1037. 1038. 1039 Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 137, 113. 138, 114. 115. 139, 116; tertiam vidit in museo oppidi *Badajoz*, reliquas frustra quaesivit.

XII. IPORCA p. 837.

n. 1046 Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 136, 112 frustra indagavit.

XVI. CANANA p. 837.

In Plinii codicibus oppidi nomen — nam alia eius testimonia non supersunt — ita scribitur *camana camania canian ciniana* (III 11); in titulo altero eorum, qui nomen vetustum exhibent (II 1074), Caro unicus testis oculatus, sed minime certus, CANAM legit, unde Plinii textum correxerunt editores. In altero Hispalensi (II 1182) testes vetusti et fide digni legerunt CANANIENSES, recte; nam a Canana aequo iure tam Cananensis quam Cananiensis formatur. In tituli novi n. 91 ectypo CANAN clare legitur; unde in posterum Plinius emendandus nomenque non Canama, sed Canana fuisse statuendum est.

---

91 *Alcolea del Rio* rep., sed ex *Villanueva* potest eo delata esse; servatur in museo Carmonensi, lapis altus m. 0.59, latus 0.34, litteris saec. III non bonis, altis m. 0.35.

*l. tit*ACIO · L · F · QVR · LVP*o*
HVIC · ORDO · MVN*ic. flavi*
CANAN · LOC · SEPVLT*urae*
FVNER · IMPENS*am*
STATVAM · PEDE*strem*
DE*crev*IT
L·TITACIVS · LVPV*s*
PATER · ET · CORNEL*ia*
SECVNDA · MAT*er*
H · V · I · R

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 131, 106 et supplevit.

Supplementa versus 1 et lateris dextri, quod corrosum est, paene omnia certa sunt. Parentes honorati *h*(*onore*) *u*(*si*) *i*(*mpensam*) *r*(*emiserunt*).

XVIII. ITALICA p. 838.

Italicae nuper repertum esse fragmentum lapidis inscriptum ita C · LEP · IT idque significare 'C. Lepidus Italicensis' nescio unde adnotatum est *Boletin de la Sociedad arqueologica Luliana* VI 1895 p. 111. Nisi omnino ficta, certo male lecta est inscriptio fortasse non integra atque fortasse impressa in vasculo.

n. 5366. Sigillum Mithrae a me non visum, quod edidit Franciscus Caballero Infante, falsum esse, ut similia C. XI 44*. 298* Brambach C. I. Rh. p. 361 n. 23 et p. 362 n. 29, observavit qui de cultu Mithriaco doctissime scripsit Fr. Cumont Belga.

---

92 Ex vicinia Villafrancae (intellege Baeticam *de los Barros*) dicebatur provenisse, sed erit potius Italicensis. Hispali servabat Gago, qui accepit paulo ante obitum neque solebat originem monumentorum, quae accipiebat undique ex vicinia Hispalensi, diligenter adnotare; est lapis altus m. 0.45, latus 0.25.

D · M · S
TIB · CL
FESTI
ANN · XXIIII
LEG · $\overline{VII}$
GEM · FEL

A. Engel *Rapport d'une Mission scientifique en Espagne* (Parisiis 1893) p. 35. Tituli militum legionis VII frequentes sunt Italicae; hic qui videtur tribuendus esse saec. I exeunti vel ineunti II, fortasse antiquissimus eorum iudicandus.

XXV. NABRISSA p. 843.

93 *En las Cabezas de San Juan, en tierra del Cortijo de Alocáz, muy cerca de la villa*, rep. a. 1863.

. . . .
. . . .
pe DANIAE
PATRONAE
SOL*ler*S · ET
INGENVOS
LIBERTI
DANT

Eduardus Antonius Rodriguez *guia del viajero por el ferrocarril de Sevilla á Cadiz* (Sevilla 1864) p. 172 ita vv. non divisis: *Daniae patronae solites et*

ingenuos liberti dant. Unde repetivit Fita *bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 460 qui v. 3 DANAÆ, 5 SOLERS scripsit. Pro SOLLERS possis etiam de POLITES cogitare; sed praestat cognomen Latinum. Initio fuit fortasse *pro salute.* Videtur saeculi primi esse propter *Ingenuos* formam vetustam.

XXXI. LACILBVLA p. 846.

n. 5409. Ectypum ab amicis acceptum misit Berlanga, quod quamvis imperfectum tamen v. 3 extr. clare exhibet LACIL . . . . litteras, non LACIDVL . . . N, ut legerat Gago. Lacilbulae igitur nominis forma eadem atque II 1342 hic quoque videtur extitisse.

CONVENTVS ASTIGITANVS.

I. *ARCOS DE LA FRONTERA* p. 874.

Arcos de la Frontera, vetustum sane oppidum, quale nomen antiquum gesserit ignoramus; de Laelia vel Iptuci cogitatum est (v. II p. 847). Arcobriga utraque, provinciae Tarraconensis in via Emerita Caesaraugustam sita et Lusitanica, immerito a scriptoribus Hispanis huc relata est; nomen novicium ab arcubus aliquot Romanis ibi aliquando fortasse servatis deductum est.

94 *Arcos de la Frontera,* tabella marmorea rep. extra urbem in sepulcreto vetusto prope *la colada de Jaramin;* lata est m. 0.30, alta 0.20, scripta litteris saec. I elegantibus, altis m. 0.03, ex genere earum, quae calamo scriptarum sive pictarum similes sunt.

VICTORIAE SACR..m
C · AVIELIVS · C · F · PAP
PAELIGNVS · PRAEFEC
IVRE · DICENDO DE
SVO FECIT

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXIV 1894 p. 21 ss. acceptum a Victorio Molina; de situ idem dixit *bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 494.

V. 2 AVIELIVS in lapide clare legitur; nisi incisum imperfecte pro AVRELIVS gentile Paelignum est, quocum comparandum e propria Paelignorum regione *Avelia* C. IX 3171 vix diversum. Similiter formata sunt *Latuelius* X 8059 228 *Venelius* X 1334 5746; ab eadem radice provenit *Aviedius* IX 3386. *Avillius* forma recentior frequens est.

IV. CARMO p. 848.

De effossionibus Carmone et Arvae (II p. 837) institutis rettulit Engel (*Rapport* p. 38 s., cf. supra p. 380); tituli novi inde non prodierunt.

n. 1389 In titulo hoc reperto in *Fuentes* vico prope Carmonem v. 3 pro TOLOCON · | LATRO quod traditum est cum olim TOLO · OCC · A (*occisus a latronibus*) propositum esset, nuper OBVCOL*ensi* coniecit Fita, quia Obucula itinerarii (p. 413, 2. 414, 3) quaeritur in *la Moncloa* vico et ipso prope sito. Sed quas Iosephus Velazquez vidit et descripsit inscriptiones solent descriptae esse accurate. In TOLOCON · inesse puto TOLOCO cognomen Ibericum et N, *annorum*, quod pertinet ad numerum annorum collocatum in versu inferiore et signo (X), quod etiam alibi ita adhibetur, relatum ad superiorem. *Latro* quod dicitur *C. Manlius Cn. f. Ser(gia) Toloco* sane offendit; quamqam latro in sermone vetustiore significat mercennarium. *Latro* aut nomen est eius qui titulum posuit, aut si *Tolocum* Manlii patria erat, huius cognomen.

5120 (p. XLII) V. 6—8 pro [*pontif(ici)*] *sacrorum publicorum municipalium*, quod supplevi, potius *flamini s. p. m.* scribendum esse censuit Kraszeninnikow vir doctus Russus in dissertatione Russice scripta de sacerdotibus municipalibus Romanis utriusque sexus. Quod probavit Th. Zielinski in Philologo vol. L 1891 p. 763, qui tamen *municipalium* tolerari posse negat et pro MVNICIPALIVM corrigendum censet MVNICIP · ALB · VR. Nam quod v. 2. 3 traditur VIIVIR | MV · V · BIS, a me correctum in IIIIVIR · M · M, item putat significare *IIII vir m(unicipii) Al(bensis) U(rgavonensis)*. Ipse enim in titulo simili Urgavonensi n. 2105 pro MVNICIPALIVM vel MVNICIPAL, quod tradebatur, indicavi in lapide esse MVNICIP · ALB · VR. Tamen vix licebit magistratum et sacerdotem Urgavonensem transferre Carmonem, a qua Urgavo longe distat; neque adhuc intellego cur omnino dici non possint sacra publica municipii alicuius sacra publica municipalia, quod ille negat.

95—97 Carmone e necropoli suburbana, de qua dixi antea, tres tituli parvi prodierunt eiusdem fere generis atque iam noti (n. 5423—5429). Duo inter antiquiores, i. e. saec. I, numerandi.

95 in urna lapidea, litteris cursivis altis m. 0.035.

ATITTAII

Atittae. Nomen redit II 1087.

96 in urna simili eisdem ut *a* litteris

GALLAII
VIC · AN · I

Gallae, vic(sit) an(num) I (unum)

97 in lapide alto m. 0.14, lato 0.21, litteris quae pictis simillimae sunt, altis m. 0.025.

D · M
QVIETO · AN · XXIII
HVIC · SODALES
H · T · ARAM · P

huic sodales h(eredes) t(estamento) aram p(osuerunt)
Descripsi ex ectypis a Fita missis, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 132, 107—109.

XI. ASTIGI p. 869.

n. 1514. Iam est Malacae in museo Loring. Cf. infra p. 394.

---

98 Astigi, lapis altus m. 0.16, latus 0.24. Emeritae se vidisse a. 1893 Berlangae scripsit Franciscus Rodriguez Marin Ursonensis, errore aperto.

M · VIBIO · M · F
PAP · CAMPANO
C · MARCIVS · LINVS · ET
MAR*cia p* VSINNA

Descripsi ex ectypo, ex quo ed. Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 134, 111.

XII. IPAGRVM p. 870.

n. 5055 (p. 702). Berlanga misit imaginem photographam perspicuam m. Augusto a. 1894. Litterae sunt optimae aetatis Augustae, lectio certa. Foramina litterarum singula vel bina in mediis litteris sunt omnia exceptis B et R. V. 2 D littera in MEDICVS errore lapicidae primum H fuit; deinde correcta est. V. 3. FEC*it* olim perscriptum erat, nam angulus lapidis inferior interiit.

XIV. VCVBI p. 871.

99 *Espejo*; ubi inventa sit nescio, mensurae non indicantur.

IVLIA · G · L ·
MELAENA

Damasus Delgado Lopez Montillensis descriptam accepit a. 1879 a Iosepho Gracia mihique misit m. Maio a. 1892.

Videtur saec. I esse et C legendum pro G.

XV. IPSCA p. 871.

n. 1573 Supplementa mea et correctiones comprobata sunt ectypo (0.20 × 0.28), quod Antonius Pueyo, presbyter Cordubensis, misit Francisco Codera Matritensi.

Fita *bol. de la Acad.* XXIV 1894 p. 28. Ectypum nondum vidi.

1578 Iam est Malacae in museo Loring. Ectypum misit Berlanga; litterae sunt saec. II pictis similes. V. 3 clare legitur MASCELLIO. V. 4 MENS · III ·

XVII. IGABRVM p. 872.

1619 Iam est Malacae in museo Loring.

CONVENTVS GADITANVS.

I. GADES p. 873.

Gadibus quoque institutum est nuper museum archaeologicum provinciale cura P. Francisci de Asis Vera y Chilier et aliorum; in quod praeter sarcophagos Phoenicios aliaque monumenta minora inlatae sunt tabellae aliquot sepulcrales inscriptae parvae, quales ibi reperiuntur.

n. 1732 In museo.

1737 Extabat Chiclanae, in domo Christophori Parra, *calle de las Huertas*, iam in museo; cippus altus m. 1.28, latus 0.60, crassus 0.44.

Fita *bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 457 cui misit P. Franciscus Vera.

1757 Tabella alta m. 0.18, lata 0.11, a dextra parte imminuta; in museo. Fita *bol. de la Acad.* XX 1894 p. 142, 119.

1782 In museo.

1868 Fragmentum altum m. 0.12, latum 0.11; in museo.

1879 Fragmentum altum m. 0.14, latum 0.08, in museo. Legitur iam paullo plenius . . RTILLA · N . . . . | S · S · V . . . Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 142, 120.

1881 Iam est Malacae in museo Loring.

6285*d* In museo.

100 Gadibus rep. iuxta ecclesiam S. Iosephi, *extramuros de esta ciudad*, in museo; tabula alta et lata m. 0.18, inserta in lapidem altum m. 0.88, latum 0.50, crassum 0.18.

LIBERALIS
PVER · C · S
ANN · V
H·S·E·S·T·T·L

Fita *bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 457 acceptam a Vera.

101 Gadibus, rep. in coemeterio Romano, tabella alta et lata m. 0.15; in museo.

SEX · MARCIVS
INVENTVS
H·S·E·S·T·T·L

Fita *bol. de la Acad.* XXIV 1894 p. 90 acceptam a Vera.

---

102 Gadibus, rep. *en la punta de la Vaca*(?) d. 10 m. Iun. a. 1892, tabella lata m. 0.15, alta 0.12; in museo. Litterae sunt saec. I.

L · MEMMI
VS · RVSTICVS
H·S·E·S·T·T·L

Descripsi ex ectypo a Vera misso. Fita *bol. de la Acad.* XX 1892 p. 635 et iterum XXII 1893 p. 286.

L. M(ummius?) Rusticus aliquis in titulo Barcinonensi II 4579, quem memorat Fita, ab hoc L. Memmio Rustico Gaditano omnino diversus est.

X*a*. BAEGA (*Algámitas* prope *Olvera*).

103 Prope *Algámitas*, qui vicus est leugis paucis ab *Olvera* oppido versus septentriones situs in provincia Gaditana, rep. est lapis altus m. 0.92, latus et crassus 0.53, collocatus supra sepulcrum duplex e lapidibus quadratis factum, in quo iacebant cadavera duo cum supellectile sepulcrali solita nummorum vasculorum lucernarum; servatur *Algámitas* in aedibus incolae alicuius (*el tio Mirro*) postis loco ad ianuam externam adhibitus. Litterae sunt graciles saec. I exeuntis vel ineuntis II (cf. Exempla mea n. 425. 436).

Q · SEMPRONIO · SE
CVNDINO · BAEGEN
SI · SEMPRONIA · C · F
RVSTICA · MATER
T · P · I · SEMPRONIVS
SEMPRONIANVS · CEM
BRICINVS·P·E·H·P·C

Descripsi ex ectypo, quod misit Berlanga acceptum ab Emmanuele Garcia Sierra, archipresbytero Olverae.

Berlanga recte legit ita: *Q. Sempronio Secundino Baegensi Sempronia C. f. Rustica mater t(estamento) p(oni) i(ussit); Sempronius Sempronianus Cembricinus p(ater) e(ius) h(eres) p(onendum) c(uravit).*

V. 7 P · E · H litteras singulares insolitas Berlanga solvit ut supra scripsi; scilicet probabile est Sempronianum heredem Rusticae patrem, non maritum

fuisse ideoque ex testamento filiae nepoti monumentum posuisse; P · E · H, de quo cogitavit Hirschfeld, in ectypo non cernitur. Sane alia explicatio non suppetit.

Mulier Baegesis est in titulo Marchenae reperto II 1394, quem etiamsi Caro solus servavit recte descriptum esse iam apparet. Baega ubi sita fuerit cum ignoretur, iam prope *Algámitas* quaeremus; non procul ab *Olvera* repertus est II 1469, qui Ilipulam minorem nominat. Prorsus ignotum est Cembricum; a tali enim forma Cembricinus adiectivum similiter derivatur ut a Sagunto Saguntinus, cum Baegensis ad Baegam ducat, ut ab Olba Olbensis fiebat et similia. Etiam Cembricum in hac vicinia videtur quaerendum esse; nomen non habeo quocum comparem nisi cum vetusto populi Cempsorum ex Avieni ora maritima sola noti, quos in ora Baeticae meridionali olim habitasse inde discimus. *Vega* vocabulum Hispanum, quod non habent unde deducant linguarum Romanicarum periti, fortasse cum *Baega* oppidi nomine Iberico componendum est.

CONVENTVS CORDVBENSIS.

XV. EPORA p. 886.

n. 2159 Iam est Malacae in museo Loring.

XVIII. CORDVBA p. 886.

Quod supererat statuarum aliorumque artis Romanae operum, item inscriptionum musei, quod olim fuit Cordubae in palatio *de Villa Cevallos*, nuper emptu pervenit in museum Malacitanum marchionis *de Casa-Loring*. Ita denuo comparuerunt inscriptiones aliquot, quas infra indicavi, aliae iam leguntur melius; inedita est una n. 106. Ectypa et exempla submisit et lapides, inter quos etiam sunt aliquot ex locis vicinis eo delati, mea causa examinavit accuratissime Berlanga amicus spectatissimus et oculatissimus.

n. 2197. 2215. 2216. 2222 Iam Malacae in museo Loring.

2233 Ibidem; ectypum misit Berlanga. Litterae sunt saec. I exeuntis pictis similes, altae m. 0.05 ad 0.03. V. 1 in. apparet in lapide esse ˍLVS, . . . *llus*. Post G punctum non cernitur. V. 3—5 videntur paullo postea adiecti esse.

2241. 2248 *a*. 2258 Ibidem.

2261 Ibidem; ectypum misit Berlanga. Litterae sunt saec. II bonae, altae circiter m. 0.025. In lateribus securis sine manubrio et ascia.

2270. 2271. 2273. 2276. 2279. 2284 Ibidem.

2293 Ibidem; ectypum misit Berlanga. Litterae quamquam evanidae sunt, tamen lectio mea confirmatur.

2295. 2296 Ibidem.

2297 Ibidem; ectypum misit Berlanga. Herma operis elegantissimi, cui tamen caput deest; litterae optimae saec. II. Legendum *Nicei n(ostrae) Agilio ser(vus) d(onum) d(o)* sive *d(at)*.

2304 Ibidem; ectypum misit Berlanga. Litterae sunt optimae saec. II, pictis similes. V. 2 clare legitur PRIXSILLA, v. 3 *a*NNORVII.

2309. 2310. 2312. 2320 Ibidem.

2318 Ibidem; ectypum misit Berlanga. Litterae sunt optimae saec. I, pictis similes, altae m. 0.05. V. 1 VOLTIA\ legitur. Non igitur tribus Voltinia indicatur.

5054 Ibidem.

---

104 (= 2213). Lapide e muro evulso et Malacam in museum Loring translato pars antica apparuit, quae textum antiquum continet in postica repetitum tempore novicio. Litterae videntur esse saec. I fere exeuntis, altae a m. 0.06 ad 0.03.

/// POSTVMIVS · A · F
*p*AP · ACILIANVS
*p*RAEF · COHORT · II · HI*sp* · *m*ILIAR
*eq*VIT · PR · IMP · ET · LEG · X*ii* · *f*VLM
*p*ROC · PROVIN*ciae* · *ach*AIAE
PROC
IDΛ IDDΛ

Descripsi ex ectypo a Berlanga misso, qui lapidem cum cura examinavit.

V. 4 Iam apparet de praefecto imperatoris non esse dubitandum; quod nomen imperatoris adiectum non est, ad tempora Domitiani ducit. Ceterum notabile quod ita breviter coniunguntur munera praefecti imperatoris municipale et legionis militare.

V. 6 *proc(urator)* [*prov(inciae)* . . . .; sed nomen provinciae in lacuna periit. Procuratores provinciae Baeticae saeculo tantum secundo novimus (praef. p. LXXXVII).

V. 7 Apices litterarum exhibui, quales habet ectypum et in lapide dispexit Berlanga. Non intellego.

Ceterum observavit Berlanga titulum hunc necessario pro Cordubensi habendum esse — inde enim tantum eum asportare potuisse monachos monasterii S. Martini — non Astigitanum, ut Kubitschekius voluit propter tribum Papiriam, cum praefectus imperatoris secundum legem Salpensanam (c. XXIIII) non pareat normae datae praefectis pro duumviro ab ordine creatis.

---

105 (= 2248 *b*). Iam Malacae in museo Loring, litteris gracilibus saec. II non bonis, altis a m. 0.05 ad 0.025. Inscriptio anticae n. 2248 *a* est scripta litteris saec. I exeuntis.

D ·· M · S
LALVA · AN
N · V · M · VII ·
APRODISIA · AN
VI · V · PINI · I · HS
S · T · T · L ·

Descripsi ex ectypo, quod misit Berlanga una cum exemplo.

Litterarum aliquot (V. 1 M, 2 C initio) formae rarae sunt, ut paene crediderim instauratas tempore recentiore. V. 2 in. littera nulla deest. V. 4. 5 AN|NI · V videtur male scriptum esse pro AN|N · IV; filiolae duae fuerunt quinquennis et quadriennis. In hoc versu praeterea formulae confusae; Berlanga interpretatur PIAII · H · S *piae hic sitae*; sed hasta una abundat. Voluit fortasse qui sculpsit dare PIAII · IN · S · H · E · S (H et E et S conexae). V. 5. 6 expectamus potius H · S · S et S · V · T · L.

106 Cordubae olim in museo Cevallos, ubi ego non videram, nunc Malacae in museo Loring; tabella marmorea litteris saec. II optimis, pictis similibus, altis m. 0.05.

IVNIA · GENICE · ANN ❧
XXVII · PIA · IN · SVIS
H·S·E · S·T·T·L

Descripsi ex ectypo a Berlanga misso.

XX. PEÑAFLOR p. 889.

n. 2334. 2336 Iam Malacae in museo Loring.

XXIII. IVLIPA p. 711.

n. 2362. 2363. Frustra indagavit Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 127, 103. 104.

106 *En Zalamea de la Serena.*

TONGILIA · T · F · MAXVMA · SCAEVINI
EMERITENSIS · ANNORVM · LX · SIBI · ET
L · GRANIO · L · F · PAP · SCAEVINO · VIRO
ANN·LXXXV·D·S·P·F·C·H·S·S·S·V·T·LEVIS

Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 125, 102 acceptam a Petro Maria Plano Emeritensi.

Iulipam (v. II p. 326), si modo Scaevinus hic Iulipensis erat, non Emeritensis ut uxor, eidem Papiriae tribui adscriptam fuisse, cui Emerita, probabile est. De tribu adhuc nihil constabat, nam II 2362, in quo Galeria memoratur, hominis videtur esse aliunde orti.

III. TARRACONENSIS.

Quae ad Portugalliam septentrionalem pertinent regiones Callaeciae, Franciscus Martins Sarmento summa cum cura pervestigare pergit adiutus nuper ab amicis aliquot, Albano Bellino et P. Martino Capella; de quorum meritis dicetur infra. Reliquae provinciae vastae regiones per P. Fidelem Fita potissimum eiusque amicos inscriptionum Latinarum causa denuo exploratae sunt.

CONVENTVS BRACARAVGVSTANVS.

I. OPPIDA VARIA p. 891.

n. 2395. 2396 Titulos memorabiles in *Panoias* prope *Villa Real*, de quibus iam supra in Supplemento verba denuo feci, adhuc extare indicavit Iosephus Leite de Vasconcellos *Revista archeologica* II 1888 p. 50. 69 et *o Archeologo Português* I 1895 p. 38, qui locum visitare deque titulis accurate referre sibi proposuit.

---

107 (= 2399. Add. p. XLIV) *Moncorvo*, rep. a. 1845 chiliom. 5 ab oppido in situ dicto *mesquita* (ut saepe a vulgo appellantur fanorum parietinae), ara opere anaglypho rudi ornata, alta m. 1.5, lata infra 0.55.

IOVI
OP†MO
MAX
CVITATI
BANIENS
. . . IA
D

Sarmento misit descriptam accurate a. 1894, ectypum expectans; imago enim photographa, quam idem nuper misit, litteras indicat pictas esse tempore recenti satis imperite.

Gasco, qui solus ibi viderat saeculo XVI, ita dedit foede interpolatam *Iovi optimo et maximo potentissimo civitas Tranensis p.* V. 5 BANENS imago photographa, fortasse recte. V. 6. 7 in imagine photographa ita exhibentur ...L..LNIV | ....D; ita vero descripsit Soromenii amicus (p. XLIV) antequam picti sunt, puto, S · VE · BAS | .....D; *Su*[*l*](*picius*) *Bas*[*sus*] *d*(*at*)?

108. 109 *Villa Pouca d'Aguiar*, arae duae ex lapide arenario, litteris saeculi, ut videbantur, secundi.

108 I O M
VOT ·
MIL LEG
VII GEM
5 PVLLINVS////

109 I · O · M
MIL · CH
I G A L L I
CAE · EQ ·
C · R · V · S
L · M

Sarmento misit accurate descriptas; ectypa nondum obtinuit.

108 V. 5 P caudam brevem habet, R, casu puto ortam. Unde *Pullinus*, non *Rullinus* legendum. In fine deest F vel P, *fecit* vel *posuit*.

Milites ibi legionis septimae et cohortis I Gallicae tetendisse novum est. Cohortem I Gallicam civium Romanorum equitatam in exercitu Hispano fuisse docuerunt tituli ad Pisoracam repertus II 2913 — nam ibi solvendum esse *G*(*allicae*), non *C*(*allaecorum*), iam apparet — et Saguntinus 3851. Notitia dignitatum tribunum cohortis primae Gallicae collocat Velleiae (Occ. XLII 32) in Cantabris; Veleia enim aliqua cum probabilitate quaeritur prope *Iruña*, quae est non procul a *Vitoria* oppido (II p. 397).

110 Prope *Guidoẽs* rep. a. 1893, ara ex lapide arenario, litteris curiose quidem incisis, sed formae sive cursivae sive barbarae.

EX7U
LIAIN
CALN
ASUS
5 MEbSI
EX7FA
NLXX

Descripsi ex imagine photographa a Sarmento missa, qui etiam ectypum gypseum, quod servat, accurate mea causa contulit.

V. 1 EX clare leguntur; quae sequitur littera redit v. 6 et ab I diversa est, puto Ɔ, *centuria*.

2 extr. IAI non potest IAI esse, cum A in hoc titulo nusquam careat linea transversa; est N male formata legendumque IN.

5 b litterae forma cursiva nota est.

6 extr. Λ, A imperfecta est.

7 Duo X recto pede stant, + +.

Lego dubitanter: *ex ɔ (centuria) Ulia Inca; Lavasus Mebsi ex ɔ (centuria) Fa(bia?); an(norum) LXX.*

Incae septuagenario Lavasus posuit. *Mebdus* et *Meddus* redeunt 5556. 5580. 5509. Cum nomine altero confero *Lobesus Lovessius Lovatus* (MLI index p. 258). Centuria, nescio an territorii alicuius — nam agri divisiones aut gentilitates ita fortasse etiam in Hispania designabantur —, memoratur etiam II 6290. Cf. n. 126. 128.

II. CALDAS DE VIZELLA p. 891.

n. 5560 (= 4796). Capella *milliarios* (v. infra n. 205 ss.) p. 119 adscripsit secundum meum exemplum, quamquam non ignarus miliarium non esse.

5572 *a. b* Extant ibi, arulae parvae.

a	*b*
CAEN	DAB
CIEN	NYM
NYM	PHIS
PHIS	EX Vo
EXVo	TO
TO	

Sarmento examinavit cum cura et in inscriptione priore dedicantis nomina non esse *Caes . . Clem* affirmat, sed potius *Caen[i]cien(us)*. In altera v. 1 clare perspicitur DAB, i. e. *d(e)ab(us)*. H in utroque titulo hanc habet formam singularem ɔ-c.

---

111 (= 6291) *Pinhão.* Extat ibi, lapis grandis, litteris bonis.

DIIS · MANIBVS | *l* · ALFII · REBVRRI
QVIRINA · ASTVRIC | A · VETERANI
L · SVLPICIVS · RVF | VS · ET · L · FLA
VIVS · CLEMENS · EX | TESTAMENTO · F · C

Sarmento descripsit m. Nov. a. 1893.

V. 1 post MANIBVS spatium litterae singulari praenominis sufficit. Alfii nomen evanidum.

Litterae omnino videntur esse saec. I; quod Λ linea transversa caret, lapidis superficie aspera explicatur.

111a *Sª Mª da Ribeira, estação do Vesuvio* prope *Pinhão* (n. 111), in pariete ecclesiae, ara non magna.

TVTELAE
TIRIENSI
POMPEI CLITVS
CORINTHV
CALVINVS
EX VOTO

Sarmento misit m. Aprili a. 1895 acceptam ab amicis, ectypum obtinere nondum potuit. Vv. divisio incerta.

Tiria vel *Tirium* loci nomen ignotum ad vicum pagumve eius viciniae videtur pertinere.

---

112 *Villa Fria*, ad laevam Vizellae fluminis ripam, circiter leugam unam a *Caldas de Vizella*; ara litteris optime insculptis.

. . . . . .
. . . . . .
LANCIE
NSIS · TR
AQVDA
NVS · H · S
E · BRAC
ARVS · PIL

Sarmento misit descriptam cum cura, sed ectypum nondum obtinuit.

V. 6 extr. PIL, non FIL, in lapide clare legi testatur idem. Aut patris nomen aut gentis ignotum.

Lancienses transcudani memorantur II 760. 5261.

---

113 *No lugar de Padrão, concelho de Lousada*, iam in museo Vimaranensi; litteris evanidis.

QVINTIVS
SIB
ARRVNTIAE
H·S·E·S·T·T·L

Sarmento misit descriptam accurate et affirmat integram esse.

II*a*. CITANIA p. 896.

n. 5607 *a b*. Ex imaginibus photographicis ligno incisae exhibentur a Francisco Martins Sarmento *o Archeologo Português* I 1895 p. 145 ss.

a Utrum *niminid* legendum sit an *nimid* dubitat Sarmento; in *nimid* Hibernicum *nemed*, Celticum *nemetum* putat servatum esse, coniectura sane incerta. Litterae sunt magnae et satis clarae.

b Pro H · S imago photographa magis videtur exhibere f · S; *cosuneae* satis clare legitur.

Situs et indoles oppidi vetusti sive castelli duplici muro cincti prorsus convenit cum Citaniae; ut observavit Sarmento.

III. BRACARA AVGVSTA p. 900.

Titulos Bracarenses novos aliquot nuper protulit Albanus Bellino libro suo *inscripções romanas de Braga* (*ineditas*) Bracarae 1895 (pp. CXXXIII 8.) exemplis 150 tantum edito, scripto illo magna cum cura. Exempla titulorum ab eo editorum non omnia perfecta sunt; quorum ectypa adhuc desidero. De miliariis Bracarensibus quae P. Martino Capella debentur infra suo loco exponentur.

n. 2419 infra n. 115.
2435. 2448 Extant *na quinta do Avellar.* Bellino p. XXII. XXX qui vidit.
2449 Bellino denuo repperit et v. 5 legit THEODORO FILIO.

114 Bracarae, fragmentum, sub gradibus scalae lapideae ex adverso ecclesiae S. Vincentis.

IOVI
OLET\
LIND

Bellino *inscr. de Braga* (1895) p. VII. Ectypum nondum vidi, unde a supplendis vv. 2. 3 abstinui.

115 (= 2419). Extat ibidem, *no quintal do Idolo, do Sr. José Joaquim de Oliveira*, prope vias *do Raio* et *de S. Lazaro*, anaglyphum vivae rupi incisum iuxta fontem. Litterae tituli principalis, qui est supra a sinistra parte anaglyphi, profunde incisae neque inelegantes altae sunt m. 0.06. Dei nomen infra a dextra anaglyphi positum scriptum est litteris aliquanto maioribus, altis m. 0.08 ad 0.09. Titulus ab huius latere in basi fastigiata inscriptus litteras parvas habet, altas m. 0.04 ad 0.035, sed eiusdem atque reliquae aetatis. Nomen in eius basi ima repetitum aequat magnitudine litterarum titulum principalem.

*ce*LICVS · FRONTO
ARCOBRIGENSIS
AMBIMOGIDVS
FECIT

vir barbatus, togatus, stans, d. aliquid gerens cornu copiae simile

TONGOE
NABIAGO

avicula *flos?* *folium*

CEꝈCVS
FECIT *protome dei?*

FRON|T //////

Descripsi ex ectypis, quae misit Ios. Leite de Vasconcellos, qui de titulo egit accurate in praelectione academica *o deus Bracarense Pongoenabiagus* ex ephemeride *Revista Lusitana* vol. III seorsum repetita (Olisipone 1894 pp. 9, 4.). Imaginem proposuit Albanus Bellino in fronte libri sui *inscr. rom. de Braga* (1895).

V. 1 Non *Caelicus*, ut in titulo n. 2420, sed *Celicus* in lapide fuisse spatium docet et titulus arae fastigiatae, qui antea musco et foliis tectus nunc demum apparuit.

V. 5 In nomine dei litterae duae priores propter spatii angustias tam arte coniunctae sunt, ut prima non clare appareret utrum P an I an F an T sit; sed lapide denuo cum cura examinato Iosephus Leite affirmat certo T esse, unde nomen, quod ipse antea *Pongœnabiagus* esse crediderat, iam *Tongœnabiagus* fuisse putabimus. Atque comparari possunt *Tongius Tongetamus Tongobriga* nomina Callaeca ex eadem radice formata. Corrigitur ita quod antea dedi Argotium secutus — nam ipse nomen legere non potueram tectum calce et musco — *Roncoenathuacus* vel *Roncoenaetaecus*. Litterae reliquae satis clarae sunt. Post O finalem, paullo minorem illam litteris reliquis, quae in imagine Bellini cernitur I, non est fissura lapidis, sed novicia, ab imperito quodam addita; ut iudicat Leite.

V. 6 Supra fastigium arae lapidi insculptae extant sive ornamenta quaedam sive litterae confusae, quae Iosepho Leite antiquae esse visae non sunt.

Itaque legendum [*Ce*]*licus Fronto Arcobrigensis Ambimogidus fecit Tongœnabiago. Celicus fecit Front*[*o*].

Celicus rustice scribitur pro *Caelicus*; nam eiusdem sine dubio hominis nomen *Caelicus Fronto* scribitur in titulo a filio sive a nepote et pronepotibus posito n. 2419, cum fontem hunc ipsum nisi fallor 'renovarunt' saeculo fere primo exeunte. *Caelicus* videtur nomen gentile esse originis Lusitanae ut *Ammonicus Sammonicus* Africana, Iberica multa, ut *Caenicus Pagusicus* alia, quae composui MLI p. CXXI. Comparanda sunt *Caelius Clouti* et *Caelius Serani f.* II 2781. 5321 et *Caelioniga* II 5736, item **Caelobriga* II 416 et *Caelenicus* II 2568 nomina geographica, *aquae Celenae* itin. Anton. p. 432, 8; huius regionis omnia. Statua viri videtur Celici esse.

Arcobriga haec sive Lusitana sive Callaeca praeterea memoratur in titulo Cauriensi II 765; Arcobriga Celtiberiae (Plin. III 24 Itin. Anton. p. 437, 1 Ptolem. II 6, 57) prope Bilbilim diversa est. *Ambimogidus* gentis Callaecae alicuius nomen est, ut *Ambirodacus* II 4306, originis fortasse Celticae.

Tongoenabiagus dei nomen aliunde non notum ad fontem pertinere coniecit Leite propter *nabi* radicem quam continet; *Nebis* et *Navia* fluminum in regionibus illis nomina nota.

Quod *Celicus Fronto* is qui deo anaglyphum votivum posuit nomen suum iterum inscripsit arae, ideo fortasse fecit, ut demonstraret hanc quoque ad idem votum pertinere. Ceterum *fecit* utrumque magis de dedicante intellegendum quam de sculptore; nisi idem homo et vovit et fecit. Ars

anaglyphi barbara est; apparet in loco ipso, non in officina quadratarii, ad fontem ornandum sculptum esse.

---

116 Bracarae, rep. d. 28 m. Aug. a. 1884 in canali quodam aquaeductus (*entre os entulhos d'um cano d'esgoto*) iuxta ecclesiam S. Iohannis *do Souto*, ex adverso aedificii *da Direcção Geral das obras publicas do districto*, ara alta m. 64, lata 0.29. Ubi iam extet ignoratur.

FROVIDA
SACRVM
MATERNVS
FLACCI
EX VISV
V·S·L·M

Bellino *inscr. de Braga* (1895) p. XLVII ex opusculo doctoris Pereira Caldus inserto ephemeridibus *a Alvorada*, *o Commercio do Minho*, *a Abelha*.

V. 1 Nisi nomen barbarum est, fuitne [*P*]*rovida*[*e*]? i. e. Fortunae providae, ut colebantur Fortuna obsequens et respiciens. Supra versa potest excidisse.

---

117 Bracarae rep. d. 27 m. Nov. a. 1891 *fronteiro ao palacete de Sr. Conde de S. Martinho*, tabula lapidea alta m. 1, lata 0.90; infra reperta est columna miliaria sine inscriptione.

PACIS ET QVIETIS
AVCTORI LIBERTATIS
RESTITVTORI ET VICTORI
HOSTIVM·D·N·FLAVIO
CONSTANTINO MAXIMO
PIO FELICI INVICTO AVG
ÆMILIVS MAXIMVSVC
. . . . MIDIVC/ I
. . . .

Bellino *inscr. de Braga* (1895) p. LVII; Capella *milliarios* (v. infra n. 205 ss.) p. 224 q. s.; Sarmento misit m. Febr. a. 1895 acceptam ab amicis cum imagine photographa imperfecta, e qua descripsi ut potui.

V. 7/8 . . M · DIVO AA . . . Capella; expectamus *v*(*ir*) *c*[*o*(*n*)*s*(*ularis*) *p*(*raeses*) *p*(*rovinciae*) *Callaeciae*] *d*[*e*]*vo*[*tus*] *n*(*umini*) *m*(*aiestati*)*que e*(*ius*) vel similia.

Nomen praesidis aliunde quantum scio ignotum; officium eisdem vocabulis indicatur in titulo Asturicensi II 2635.

118 Bracarae, in curte palatioli Domini Ferdinandi Castiço.

ALBVRAC
ARISIFETCA
RISIVS CA
MALIF HSE

Bellino *inscr. de Braga* (1895) p. XLVI; Sarmento misit ab amicis acceptam m. Febr. 1895.

Albura Carisi f. et Carisius Camali f. h. s. e. Nomina in regionibus illis non rara.

V. 4 ita, non H · S · S, in lapide est. H linea transversa caret.

---

119 Bracarae, *na quinta do Avelar*, *rua dos Pellames*; lapis anaglyphis variis ornatus.

rosa

BLOEN
A · CAM
ALI · F ·
VALAB
RICNSIS
H · S · E
CA . . . .

Bellino *inscr. de Braga* (1895) p. II; Sarmento misit m. Febr. a. 1895 acceptam ab amicis. Vidit etiam Leite.

V. 1 *Bloena* mulieris nomen iam habuimus n. 5654.

V. 5 E inter C et N deest neque inest in N littera.

V. 6 Leite solus vidit; *Ca*[*malus fecit?*].

De Valabriga cf. II 5561.

---

120 Bracarae, *na Quinta do Avellar*; lapis cum ornamentis similibus atque ea quae habet n. 119.

rosa

ELICA
LTICI
EDVN
VN

Bellino *inscr. de Braga* (1895) p. XXXIII; Sarmento misit descriptam ab amicis. V. 3 /DVN Bellino, qui supplet [*Cale*]*dun*[*ensis*]. Lege [*Ca*]*elica* [*Ce*]*ltici* [*Ba*]*edun*(*iensis*) *v*(*ixit*) [*a*]*n*(*nos*) . . . .

Baedunia Callaeciae oppidum notum ex Ptolemaeo II 6, 30; cf. *Bedoniesis* in tessera Olbensi II 4963.

121 Bracarae, no *Campo da Regeneração.*

IVNIA
M·L·
VRBANA
H·S·E

Sarmento misit ab amicis acceptam m. Febr. a. 1895.

---

122 Bracarae, in curte palatioli Domini Fernando Castiço, cippus rudis, altus m. 0.88, latus 0.34, litteris rudibus saec. fortasse II.

MTERN*e*
PATERNEF
ILIECARISS
IMEETPIE
NTESSIM
VA'NXIXI
TEMECVM
———
ABORESCii
E SENECTAM
DESEPT///

Descripsi ex imagine photographa, quam misit Sarmento mense Februario a. 1895; Bellino *inscr. de Braga* (1895) p. XXVII. Vidit etiam Leite.

Initio nihil videtur deesse, nisi fortasse versus unus D · M.

V. 1 Utrum MA an ᴍᴀ fuerit in lapide non liquet. In fine unius litterae E spatium.

V. 5 extremo fuit fortasse ᴍᴇ; nisi E est in versu sequente.

V. 6 V litterae pars dextra superior superest; E supra mutilam legit Leite. Quae post A cernitur hasta videtur significare ᴀᴠ. Post XIX spatium unius litterae est, cuius umbram mihi videor dispicere in imagine photographa.

V. 8—10 in basi cippi inscripti sunt infra imminuta. V. 8 extremo duarum hastarum pedes video, v. 10 extremo spatium duarum litterarum. Bellino legit v. 8 ARBORESCENTE, quod non est in lapide. V. 10 DESERIT// Bellino in lapide et mihi in ectypo esse visum est; Leite dubitat. DECEPTAE in imagine photographa probabiliter legit Hirschfeld. Quod si verum est — sermone ad mulieres directo a muliere —, statuendum erit in fine nihil deesse.

V. 7 ss. itaque fortasse legendi [*i*]*te*, *mecum aborescite* (i. e. *abhorrescite*) *senectam*, *deseri*[*te vitam miseram laeti* vel similia], aut simpliciter *aborescite senectam deceptae.*

123 Bracarae, in curte palatioli Domini Ferdinandi Castiço.

D·M·S·
SVLLIÆ
MATERN
ANNOR/
LXXX

Bellino *inscr. de Braga* (1895) p. XLI; Sarmento misit ab amicis acceptam m. Febr. a. 1895.

---

124 Bracarae, in curte palatioli Domini Ferdinandi Castiço.

D · M · S ·
V I B I A E
P L A C I D I
N A E ·
AN · XXXV

Bellino *inscr. de Braga* (1895) p. XLIII; Sarmento misit ab amicis acceptam m. Febr. a. 1895.

---

125 Bracarae, *na Quinta do Avellar*, fragmenta duo non eiusdem lapidis.

a
ƆE
EF
\AƆ
VVS
LXX
-E

b
CVI
NA
CA
V

Bellino *inscr. de Braga* (1895) p. XXXII.

D inversa videtur significare CI; ectypa desidero.

V. AQVAE FLAVIAE p. 702.

n. 2477 = 5616 Extat in medio ponte oppidi Aquarum positus in basi ex adverso tituli qui sequitur n. 2478, sed ab instauratore imperito renovatus et passim corruptus.

Capella *milliarios* (v. infra n. 205 ss.) p. 256 q. v.

2478 Extat in ponte oppidi Aquarum opposita titulo n. 2477, basis alta plus minus m. 2, litteris aperte renovatis.

Capella *milliarios* (v. infra n. 205 ss.) p. 120 q. v. et adnotat puncta omissa videri ab instauratore imperito. Numerus vero potestatis tribuniciae nunquam in lapide fuit, ut spatia docent.

VI. *BRAGANÇA* p. 903.

126. 127 (= 6289) Extant *na freguezia de Felgar, para os lados de Bragança.*

126 (= 6290) Cippus altus m. 0.93, latus 0.63, litteris saec. I magnis et profundis.

rosa
REBVRRVS
ARI · SEVRV
S · Ↄ NARELI
A · AN · LXII

127 Cippus similis.

CORAC
IA · VXOR
AN · LII

Descripsi ex imagine photographa, quam misit Sarmento.

Litterae omnes perspicuae, neque ulla deest. Opus cippi elegans non barbarum, utpote militis Romani quamvis peregrinae originis.

Reburrus Ari Seurus, ɔ(centuria) Narelia, an(norum) LXII

126 V. 3 non puto *Severus* dare voluisse sculptorem, cum probabile non sit militem peregrinum duo habuisse cognomina Romana. Seurus gentis alicuius Callaecae nomen est, cuius meminerunt Plinius (IV 112 *Seurbi*) et Ptolemaeus (II 6, 27 Σεουρροί). Neque offendit quod *Seurus* scriptum est iuxta *Reburrus*. Centuria, quae militaris fuisse potest aut cohortis alicuius legionis septimae aut auxiliariae, quarum nomina non indicantur secundum usum antiquiorem, adiectivo gentilicio appellatur a centurionis nomine ducto. Tamen etiam de agri divisione aut gentilitate videtur cogitari posse; cf. n. 110. Narelius et ipsum nomen fortasse barbarum est in gentilicii Romani formam redactum.

Cum lapides duo una reperti sint, facile crediderim Coraciam Reburri uxorem fuisse.

CONVENTVS ASTVRVM.

I. ASTVRES AVGVSTANI p. 909.

n. 2628 (= 5649) Lapis altus m. 0.62, latus 0.52 adhuc Zamorae extat. Exemplum accurate depictum a rectore olim collegii militaris, quod Zamorae est, et numismatico insigni, *el Coronel Bazan*, misit Berlanga a. 1895. Dei nomen ita descripsit

d EO MENO
VIACO

Ad *Menumviacus* et *Mentiviacus* formas accedit igitur tertia *Menoviacus.* Quae vera sit nondum certo definire licet.

Ia. ZOELAE p. 909.

128. 129. 130 *Aldea Nova, freguezia de Miranda do Douro.*

128	129	130
ÆMILIO · BA	D M	D M
ÆSO · SIGINI	LVCIO	NO . . . .
FERO · ALAE · SA	PATERNO	AC . . . .
BNINÆ · COGN	OVIT	
ATIO DE · CEN		

Sarmento misit ab amicis variis male descriptas neque adhuc potuit ectypa obtinere e vico devio.

128 *Aemilio Balaeso signifero alae Sabinianae cognatio de cen[turia]. Balaesus* nomen redit n. 930. 5281. 5719, *Balesinus* 2471. *Siginifer* forma rustica orta est fortasse ex *imaginifer.* Cognati de centuria eius qui signum ferebat posuerunt. Quae cum ad alam referri non possit, eiusdem generis fuerit atque centuriae n. 110. 126.

129 et 130 in eodem lapide sunt. 129 V. 2. 3 ꟷVGIO ꟷATEI alter amicorum Sarmenti. V. 4 lege [*eq*]*uit*[*i*].

Alam Sabinianam ad vallum Hadriani in Britannia tetendisse novimus (CIL VII 571) ibique mansit etiam postea (Notit. dign. occ. XL 37). In Hispania igitur putanda est fuisse ante Hadrianum.

---

131 *Castro Calvon* prope *la Bañeza* (*provincia de Leon*), cippus altus m. 0.30, diametri in basi m. 0.24, litteris non bonis, altis m. 0.045 ad 0.04, saeculi circiter I exeuntis.

term(inus) aug(ustalis)
*p*RATORVM C
OH IIII GALL IN
TER COH IIII G
ALL ET CIVITATE
M BIDVNIEN
sem

Descripsi ex ectypo a Fitá misso, quod procuravit P. Ioh. Castrillon Legionensis; I. Alvarez de la Braña *la Ilustración nacional* XVI 1895 p. 142.

V. 1 certo suppletur e terminis similibus n. 2816. 5807.

Ex hoc titulo primum discimus in Hispania tetendisse cohortem IV sive Gallorum sive Gallicam. Videtur ea non diversa esse a IV Gallorum, quae sub Traiano in Moesia (dipl. XXII a. 105) et postea in Raetia fuit (dipl. XXIV a. 108), inde sub Hadriano translata est ad vallum Britannicum (C. VII 1001 X 4873 Notit. dign. occ. XL 41). Quodsi ita est, titulus hic certo tribuendus est saeculo primo; quocum convenit litteratura. Quae praeterea fuit fueruntve cohortes IV Gallorum (Ephem. V p. 172) huc non faciunt. De Baedunia sive Bedunia dixi ad n. 120; secundum itin. Anton. p. 439, 2 ab Asturica distabat m. p. XX, quod cadit circa *la Bañeza* oppi-

dum. Quae hic in lapide est *Bidunia* forma comparari potest cum *Caelenicus Cileni, Paesures Pisirus* iuxta usurpatis. Ceterum idem nomen servatum est alibi in Callaecia in *S. Maria de Bedoña.* Termini Augustales pratorum novimus adhuc in Hispania quartae tantum legionis (II 2916. 5807); videantur adnotata ad C. III S. 10489, ubi memoratur *territorium legionis,* et 13250, in quo adsunt *prata legionis et fines roboreti* alicuius.

132 *Santa Colomba de la Somoza,* qui est vicus ab Asturica Augusta versus meridiem et occidentem situs, rep. in praedio Immanuelae Crespo Carro; ubi servatur.

A L B I N *us*
A L B V R *i*
C I L I N V *s*
ANN · LXX
H·S·E·S·*t. t. l.*

Fita *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 149 acceptam ab amicis; idem supplevit. *Albura* mulieris nomen non infrequens in Lusitania, *Alburus* nondum comparuit. De Caelenis sive Cilenis Callaeciae v. C. II p. 354.

CONVENTVS CLVNIENSIS.

I. PALLANTIA p. 924.

Lapides Pallantinos, quos ego frustra indagaveram, per amicos descriptos accepit et edidit P. Fidelis Fita, additis aliquot ex eorundem amicorum schedis, maxime Mariani Carrera, qui iam non extant. Servantur nunc plerique in aedibus publicis (*las casas consistoriales*). Ectypa nondum vidi. Observanda est forma cupae, quam habent n. 5769. 5770; saeculi videntur plerique secundi.

n. 5760 Repertus in vico *Baños de Cerrato*, leugas unam et dimidiam ad meridiem a Pallantia. Lapide purgato apparuit v. 4 V · S. Fita *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 64 e schedis Mariani Carrera.

5765 Infra n. 139.

5767 In aedibus publicis, altus m. 1.06, latus 0.32, litteris altis m. 0.04. Fita p. 69.

5768 Infra n. 136.

5769 Ibidem, altus m. 0.48, latus 0.45, forma dolii s. cupae (*forma tumular á baul, forma de cuppa*), litteris altis m. 0.04 ad 0.06. V. 3. 4 L · CASSIVS · | P · F · F · C. Fita p. 70.

5770 Ibidem, altus et latus m. 0.48, crassus 0.74, eiusdem atque n. 5769 formae, litteris altis m. 0.055. Fita p. 71.

133 Pallantiae in aedibus publicis, lapis altus m. 1.10, latus 0.29, litteris altis m. 0.04.

ALICIE · ONNE
AN · XXII
A M M A
SALMIO
MATER ·

Fita *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 66 ex ectypo, quod misit Marianus Carrera.

V. 1 Cum *Alicia* comparandum *Alleicea* II 5241; *Onna* nomen mulieris fortasse extat II 5736, sed incertae est lectionis.

V. 4 pro SALMIO fortasse SALMIO *Salamio* in lapide est.

---

134 Pallantiae in aedibus publicis, lapis altus m. 0.96, latus 0.41, litteris altis m. 0.03.

D M
FELICVLAE · N · L ❦
APRILIA · MATRI
PIENTISSIME

Fita *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 66 ex ectypo, quod misit Carrera.

---

135 Pallantiae servabat olim Marianus Carrera; interiit.

D M
F V S C O
*a*NN · XIIX
DAPATER
pat RI · PI
is SIM · F C

Fita *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 71, cui misit Simon descriptam e schedis Carrerae. Supplevi. V. 4 *D(ecimus) Ap(onius) Ater?* an *Dapater* ut *Dobiter* II 782.

---

136 (= 5768) Pallantiae in aedibus publicis, lapis altus m. 0.90, latus 0.29, litteris altis m. 0.03.

D M
C · L · QVARTINO
AN · XXV ❦ LICINI
A · IVLIA · FRATRI · PIENTIS
SIMO · F · C

VOCONIAE
V · AN · XXV
VOCONIVS · PATER
F · C

Fita *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 69.

Inscriptio partis inferioris inedita mansit.

137 Pallantiae, rep. a. 1895 inter *vicos de Barrio nuevo* et *Gil de Fuentes*, cippus altus m. 0.79, latus 0.56, crassus 0.28, litteris saec. II altis m. 0.055.

C · MEMMIO
QVIR ø ATTE
FI ø AN · LXX
C A T O N I A
F L A V I N A
PROAVO ·

Fita *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 62 ex ectypo misso a Francisco Simon Pallantino.

V. 2. 3 *Atte fi(lio)*; *Atta* sive *Atte* plerumque mulieris nomen in his regionibus non infrequens, hic videtur virum significare. Tribus ante patris nomen posita est contra usum Romanum; tamen non cogitaverim de *Attefis* cognomine, cum *f* absit a lingua Iberica.

---

138 Pallantiae servabat olim Marianus Carrera; interiit.

M N
M O N
I N X X X
A P P I A B O
VITA MAkTO

Fita *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 71, cui misit Simon descriptam e schedis Carrerae.

V. 1—3 fortasse *M(arci) N(umisii) Moni* [*a*]*n*(*norum*) *XXX*; N pro N.

4. 5 pro BOVITA fortasse in lapide fuit BOVTIA *Boutia*, quod est nomen non rarum.

---

139 (= 5765) Pallantiae in aedibus publicis, cippus altus m. 1.35, latus 0.57, litteris saec. II bonis, altis m. 0.06.

D M
L V C P O M
P R I M O
· I N T E R A M I C O
A N L X X V
POMPEIA · ΛN
*r*INA · FILIA · F

in latere, litteris grandibus et vetustis

FV · DINI

Fita *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 67.

Quae in latere inscripta sunt, reliqua putat Fita e titulo antiquiore, fortasse *Fu(fii) Dini.* Interamicus, ut n. 5616 = 2477, sive Interamnicus, ut n. 2730, videtur pertinere ad Interamnium prope Pallantiam situm (itin. Ant. p. 448, 5. 453, 7).

140 Pallantiae in aedibus publicis, lapis altus m. 0.97, latus 0.48, litteris altis m. 0.04.

D M
S · FELICIO
ELECTRE
VXORI · PIEN
TISSIME · N · L · M · V
H · S · E · S///////D · I sic

Fita *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 66 ex ectypo, quod misit Carrera.

V. 6 extr. pertinet fortasse ad versum praecedentem, *d*(*iei*) *I* (*unius*). Post S exciderunt T · T · L ·

III*a*. SEGONTIA p. 927.

Quae a Segontia fuerunt viae Romanae Chinchillam versus circa *Cifuentes* et *Gargoles* (cf. *bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 347 ss.) et versus *Sacedon* variae, quamquam in itinerariis antiquis non descriptae, quibus locis reliquiae Romanae et inscriptiones quaerendae sint indicant. Recensuit eas breviter Franciscus Coello geographus clarus, quamquam non additis tabulis, quibus aegre caremus (*bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 437—441). Loca illa omnia paene ignota futuris investigationibus monstrare iuvat.

140*a* *Los Villares*, qui est locus in valli quadam prope *Huerta Hernando* ad Tagum, leugas $1^1/_2$ a *Buenafuente*; arae pars superior.

TVRR · O
TESGI ·
MARCVS

Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 175 acceptam a Ioh. Catalina García.

Legendum fortasse *Turr*[*i*]*o Tesgi Marcus* [*Lucius . . . posuerunt*] sive *Turr . . . . Otesgi.* Dei deaeve nomen ignotum; cf. *Turiacus* II 5503 et *Lares Turolici* n. 431. Nomen eius potest etiam fuisse *Turrotesgis.*

140 *b c d* *La Peña del Castillo* (i. e. rupes castri) ad Tagum, leugam dimidiam a *Buenafuente*, in sepulcreto Romano, fragmenta tria. *b* dicitur scriptum esse litteris optimis saec. I.

b
ANNI
ARGA
NCIC

c
GLO
EMILI
N XVIII
S T

d
EMA . . M . .
. . . .
GOIN . . S . .
. . . .

Fita *bol. de la Acad.* XXVII 1895 p. 175 s. accepta a Ioh. Catalina García.

b . . *Anni*[*us* . . *Uxama*] *Arga*[*ela* . . *La*]*ncic*[*um*] vel similia. De Uxama Argaela v. II p. 387. *c* et *d* non attigi.

V. CLVNIA p. 928.

141 Prope Cluniam, *en la haza de los Infantes*, prodiit fragmentum tabulae aeneae, in discum parvum diametri m. 0.045, crassum 0,007 resectae, pondo gr. 90; expositum erat Matriti a. 1892 in expositione historico-europaea, ubi servetur ignoro. Litterae actuariae saeculi visae sunt II exeuntis, non absimiles earum, quas acta Arvalium eius aetatis habent (in Exemplis meis n. 1014—1021).

B · K · M
GRACI · IVC
AEST · X · III
ENVS · EXS · Ͻ · AS
B · K · SEX
RACI · IVC

Descripsi ex fragmento ipso a Fita officiose Matrito mihi misso et edidi *bol. de la Acad.* XXIV 1894 p. 178; ectypa legi omnino non potuerunt, cum cava litterarum aerugine expleta essent. Imaginem photographam obtinere non potui, neque illa plura monstraret.

Litterae leguntur omnes nullo negotio, quamquam I prior v. 2 et 6 ad P litterae formam accedit; A linea transversa caret. V. 3 observa denarii siglam X, non X, ex aere Vipascensi sola notam (II p. 793). V. 4 EXS, non EX · S distinguo; ultimum eius versus elementum utrum XI fuerit an N an AS dubitavi, sed hoc verum esse visum est. V. 5 in. E litterae vestigia exigua supersunt; potest etiam I fuisse. V. 6 SIX, non SEX, scriptum est; sed potest I pro E posita esse. V. 7 repetit quae v. 2 scripta sunt, ut v. 5 respondet v. 1.

Lectio satis certa, interpretatio, utpote fragmenti nimis exigui, incerta. Exempli causa legi et supplevi ita:

pro]*b*(*atum?*) *k*(*alendis*) *M*[*ais s. Martiis anni illius*
. . *Graci Iuc*[*undi* . . . .
aest(*imatum*) *X* (*denarium*) *III* (*tria milia?*) . .
. . . *enus exs* Ͻ (*centuria?*) *As*[*inia?* . . . .
pro]*b*(*atum?*) *k*(*alendis*) *Sex*[*tilibus anni illius*
. . *G*]*raci Iuc*[*undi* . . . .

Apparet particulam esse instrumenti alicuius ad fundos fortasse eorumque possessores pertinentis; sed cuius generis instrumentum fuerit divinando non assequor. Nam obligationes alimentariae similesque C. II 1174 VIII 1641 IX 1455 X 5056. 5853. 6328 XI 419. 1147 Bruns fontes[5] p. 285 ss. differunt. V. 1 et 5 [*a*]*b k*(*alendis*) pro *a kal.* minus probabile; probandi ab aestimandi negotium potest diversum fuisse. V. 1 et 5 extr. Si *ab kalendis* legimus, potest adiectum fuisse *usque ad* . . . . . si de locationibus agebatur; ut observavit Hirschfeld. *Sextilis* mensis nomen referendum ad

aetatem quae fuit ante a. 746/8 ante Chr.; sed potest eius mentio facta esse in instrumento multo recentiore. Tamen non negaverim de aetate litterarum fortasse aliter iudicandum atque supra feci. V. 4 nomen potest fuisse aut Romanum velut *Alfenus* et alia similia multa aut Hispanum velut *Catuenus Dovidenus* et similia (MLI p. CXXII).

VI. VXAMA p. 929.

Ad n. 2814 v. 3 extr. apparent apices litterarum V · S · L.

2816 extat in porta deversorii in platea publica, muro inserta infra ad humum.

2817 Babinet *bull. des antiq. de l'Ouest* II sér. t. IV 1886—1888 p. 24, cui dedit Drochon.

2823 litterae priores unius cuiusque versus consulto erasae sunt.

2825 v. 1 in. LETONDO, ad quod nomen cf. n. 145a, et vv. 5 et 6 extr. F clare leguntur, ut olim suspicatus sum.

Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 260 observata a Narcisso Hergueta.

142 (= 2814) Extat adhuc in *San Esteban de Gormaz, en la esquina del curato de* N^a S^a *del Rivero*, lapis altus m. 0.36, latus 0.43, litteris saec. I optimis, altis v. 1 m. 0.09, vv. reliquis 0.065.

L · TRITALICVM
ATTONIS · FLA
VI · F · HERCVLI

Descripsi ex ectypo Fitae misso a Nicolao Rabal Soriensi; unde ille ed. *bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 270.

Suppletur lectio incerta, quam dedit Loperraez. *Tritalicum* genetivus gentem indicat, *L* nomen indicat dedicantis, *Attonis Flavi filii.* Propter titulos n. 2782 et infra n. 145 erit qui AIIONIS, non ATTONIS legere praeferat; sed T duae sunt perspicuae.

143 *San Esteban de Gormaz*, in atrio coenobii S. Dominici, lapis altus m. 0.31, latus 0.42, cuius superficies supra tota corrosa est; litterae altae sunt m. 0.045.

f u r i a e
s a b i n i a e
t r a n q u i l l i
n a e . a u g
5 CONIVGI·D·N
M·ANT·GORDI
❦ A N I ❦
PII · FEL · AVG
D ❦ D

Descripsi ex ectypo misso a Nicolao Rabal Fitae, qui ed. *bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 267 et supplevit ad exemplum tituli II 4607.

144 *San Esteban de Gormaz*, rep. a. 1892 in fundamentis aedium Venturae Moreno, ubi servatur; lapis altus m. 0.50, latus 0.60, litteris saec. I ineuntis bonis, profunde incisis, altis m. 0.07.

M · MAGIO · M · F · GA///
ANTIQVO · PRAEF
COHOR · CIL · PRAEF · FAB
//////MIVS · MVRRIVS · VMBER
///RIB · MIL · LEG · $\overline{IIII}$ · SCYTHICAE
$\overline{III}$ · VIR · CAP · Q · PRO · PR
///EG · PRO · PR · AED · PLEBIS
CERIALIS · PR

Descripsi ex ectypis a Fita missis, qui ed. *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 129 cf. XXIII 1893 p. 270.

V. 1 Praenomen in ectypis plenum non legitur, extat hasta posterior sola; Fita in lapide M esse testatur. — In fine fuit GAL aut GA.

V. 4 Praenomen perscriptum in ectypis mutilum; apparent ante IVS vestigia M litterae clarae. Fita legit MIVS; requiritur praenomen Umbrum, nam *Umber*, quamvis pro cognomine collocatum, originem hominis potest indicare. Cum fuisse non possit nec *Marcus* nec *Manius* nec *Marius*, fuit fortasse *Mamius*; spatium litteras duas patitur. Quod num in Umbria in usu fuerit ignoro.

V. 5 et 7 in. certo supplentur.

M. Magio M. f. Ga[l.] Antiquo, praef(ecto) cohor(tis) Cil(icum), praef(ecto) fab(rum) [. . .]mius Murrius Umber trib(unus) mil(itum) leg(ionis) IIII Scythicae, III vir cap(italis), q(uaestor) pro pr(aetore), leg(atus) pro pr(aetore), aed(ilis) plebis Cerialis, pr(aetor).

Magius Antiquus ubi praefuerit cohorti Cilicum ignoro, cum hic primum nominetur; exercitus Hispani eam fuisse vix credo, nisi eo deducta est cum legionibus M. Antonii triumviri post pugnam Actiacam. Cohors Flavia Cilicum a. 83 in Aegypto tetendit (C. III dipl. LXXVIII). Praefectus fabrum potest fuisse Augusti in bello Cantabrico vel alicuius inter eius legatos, fortasse Murrii Umbri.

Mamius Murrius Umber, qui defuncto titulum posuit in oppido Hispano vel nativo vel ubi mortem obiit, si ordine perscripti sunt honores, post tribunatum legionis et vigintisexviratum quaestor pro praetore et legatus pro praetore fuit, postea demum aedilis et praetor; nisi forte qui titulum concepit quaestoris pro praetore munus male coniunxit propter vocabulorum similitudinem cum legati pro praetore; nam hoc post praeturam exspectamus.

Aediles plebis Ceriales a Caesare instituti noti sunt.

145 (= 2822) *San Esteban de Gormaz, en una esquina del curato de Nª Sª del Rivero,* lapis altus m. 0,45, latus 0.43; litteris saeculi I bonis, altis m. 0.05.

*c. calvisi*O
AIONIS · F · GAL
SABINO
DECVRIONES
DE · SVA · PECV
NIA · OB · PLVRV
MA · IN · REM · PV
BLICAM · MERITA

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 269.

Loperraez interpolaverat ex titulo Cluniensi eiusdem hominis n. 2782, ubi patris nomen ita scribitur AIIONIS.

Calvisium hunc Sabinum (cf. 2782) videri hominem illum praedivitem esse, de cuius eruditione compendiaria Seneca admodum lepide rettulit in epistulis (25, 5 ss.), observavit Hirschfeld. Creditur ille non diversus esse ab accusatore Agrippinae, e clientibus eius, cuius Tacitus meminit (ann. XIII 19. 21. 22 XIV 12); nescio an recte.

---

145 a *San Esteban de Gormaz,* in gradibus atrii ecclesiae S. Mariae *del Rivero,* lapis altus m. 0.31, latus 0.42, litteris bonis.

rosae
D · M · S
L · VAL · SILONI
L E T O N D I Q
AN · L
VAL · PATERNA
FILIA · ET · L · VAL · A
SELLVS · PATRI · PO
SIERVNT · H · S · E · S · T · T · L

Ex ectypo misso per Narcissum Hergueta Petro Abad Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 259.

V. 3 *Letondiq(um)* gentis nomen derivatum a *Letondo,* quod legitur II 2825 secundum ea quae supra adnotavi.

146 *San Esteban de Gormaz*, in aedibus privatis (*calle real n. 21*) pro sedili ad ianuam positus lapis calcarius altus m. 0.26, latus 0.41, litteris rudibus saeculi ut videntur primi, altis m. 0.04, a dextra parte evanidis.

DOMITTIA · E///T
ELIA MATER · FI
LIO POSIVIT SVL
PICIO SIBIQ/// /// ///

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 268.
V. 1 extr. ENT, 4 SI · ET////// Fita. V. 1. 2 fuit fortasse EVT|ELIA εὐτέλεια, nisi nomen peregrinum est. Duplex T in *Domittia* rusticitati tribuendum. In fine fuit *sibiq*[*ue*]; vix enim latere puto Sulpicii cognomen.

146*a* *San Esteban de Gormaz*, *calle de la Amargura*, *casa n. 6*, lapis admodum detritus.

D
VXA
PRD
RID
PI

Narcissus Hergueta misit Fitae a se descriptam, qui ed. *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 260.
V. 2 Uxamensem hic nominari consentaneum est.

VI*a*. TERMES p. 930.

147. 148 Prope Termes oppidum vetustum (Tarmes scribitur in titulo Emeritensi supra n. 23) repertae sunt a. 1893 paterae duae argenteae manubriatae, maior diametri m. 0.13, minor 0.095; illa ponderis est gr. 630, haec 300. In manubriis tituli punctim incisi sunt litteris saec. I optimis; vocabulum interpositum, sed eiusdem sine dubio aetatis atque reliqua, litteras minores habet non punctim incisas, sed scalpro caelatas. Tituli alterius litterae paullo minus eleganter incisae quam in priore; sed aetate aequales. Matriti servat vir excellentissimus Antonius Canovas del Castillo.

STENIONTE · DOCILICO
ANNIDIO
AN · GENTE · MONIMAM

COVGIO · VISCI
CO · MONIMAM

Descripsi ex imaginibus photographis a Fita missis, qui ed. *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 148.

Lectio est certissima, interpretatio incerta; ANNIDIO postea videtur interpositum esse, ut AN explicaretur.

In titulo priore litterae A in AN pro linea transversa puncta interposita sunt, excepto *Annidio* vocabulo.

Stenionte Docilico ⟨*An*⟩ *Annidio gente monimam*

Cougio Viscico monimam

Docilico gentis nomen est iam notum (II 2816), eiusdemque sine dubio generis *Viscico*, quocum Fita comparavit *Viscunos* viri nomen (II 2809. 2810), utrumque ex eo indicationum numero, quae solent in huius regionis titulis poni genetivo plurali, pro *Docilico*(*m*) *Viscico*(*m*). Itaque *gente* vocabulum, quod aliqua ratione abundat neque additur in titulo altero, coniungendum est necessario cum *Docilico* et *Annidio* vocabulis, non cum *monimam.* Ablativi *Stenionte* et *Cougio* quid significent incertum; pro deorum peregrinorum nominibus dativo positis non puto habendos esse, cum deorum Ibericorum nomina prorsus differant. Nec facile deorum nomina cum gentium coniungi potuerunt; praeterea desiderarentur nomina dedicantium, si Docilico et Viscico gentium indicationes sunt, ut dixi, non virorum nomina. *Stenion* et *Cougius* nomina hic primum comparent; cum nomina Iberica ab *st-* incipientia extent nulla — nam *s* impuram initio vocabulorum lingua illa paene constanter vitat —, fieri potest ut *Stenion* Graecum Σθενίων sit a σθένιος derivatum; quamquam nullum eius exemplum novi. *Annidio* gentem significat ut *Viscico.* Stenion Docilico gente Annidiorum fortasse indicat Steniontem Annidii alicuius Romani servum libertumve Hispanum. *Cougius* certo Celtibericum cum Κωούγιον Vaccaeorum oppido (Ptolem. II 6, 49 *Cougion* inde Ravennas p. 313, 6) componendum est; *ou* diphthongus frequens est in vocibus Celtibericis. Ablativi vetusta dicendi consuetudine etiam de personis usurpati significare possunt a Stenionte et Cougio vel per Steniontem et Cougium. Non magis perspicuum est quid *monimam* significet in utroque titulo usurpatum. Si deae nomen est, accusativum non intellegimus. De forma barbara pro monimento nemo cogitabit; neque paterae sacrae dici possunt monimenta. Paene crediderim *monima* vocabulum esse fortasse Ibericum pateram sacram significans. Quod dei deaeve nomen, cui sacrae erant, deest, potest vel explicari vel excusari propter locum, templum puto fanumve, ubi collocabantur. Haec omnia consideranti explicatio simplicissima, scilicet ut Docilico Annidio(m) gente et Viscico Stenionti et Cougio deis monimam sive pateram dederint, probanda non videbitur.

Fita *Monimam* genetivum pluralis Ibericum putabat, qui gentem indicaret; Μόνιμος Graecum cognomen ex titulo Pacensi (II 68) huc trahendum non erat. Sed scio etiam ea quae ipse proposui incerta esse; certa interpretatio, nisi reperiuntur similia, vix poterit proponi.

Hic posui, non inter instrumenti q. v. domestici inscriptiones, quia paterae hae videntur aliqua ratione ad oppidum pertinere, ubi inventae sunt.

VIII. AVGVSTOBRIGA p. 930.

149 Inter *Castilruiz* et *Añavieja* oppida provinciae *de Soria*, *partido de Agreda*, in via a *Matalebreros* ad *Añavieja*, pro termino est ara alta m. 0.50, lata 0.34, fortasse eo delata ex *Muro de Agreda* oppido, i. e. Augustobriga (II p. 390). Litterae sunt saec. I, altae m. 0.05.

M A R T I
C · PETRON
IVS · MATERN
VS · Q · F · MI
5 S S I C I V S
V · S · L · M

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 484 acceptum a Nicolao Rabal Soriensi per Eduardum Saavedra.

Nomen patris positum post cognomen v. 4 contra usum vulgarem et *missicius* vocabulum simplex adiectum non adiecto numero, in quo homo ille stipendia fecerat, cum aetate, quam indicat litterarum forma, et cum provincia conveniunt. Similiter Martialis missicium dixit patriam Ravennam petere (III 91, 1). Fita observavit eundem hominem fortasse nominari in titulo Augustobrigensi II 2848 imperfecte descripto; sed e nomine illius . . RONI . . tantum litterae supersunt.

IX. LARA p. 930.

Accedit *Quintanilla Somuño.*

Lara *de los Infantes* in oppido vetusto, quod nomen antiquum servavit fortasse non mutatum, olim extiterunt tituli complures, sepulcrales maximam partem et anaglyphis ornati rudibus, sed e Graecae Romanaeque artis exemplis derivatis. Interierunt omnes propter solitam incolarum ignorantiam paucis exceptis, qui e possessione Ferdinandi Alvarez viri excellentissimi, regii quondam gratiae et iustitiae ministri, civis Larensis, in museum archaeologicum Matritense translati sunt (II 2869 et 2876). Quattuor editi in Supplemento meo n. 5798—5800. 5803 servantur in museo Burgensi; tres novi Larae reperti et a Ferdinando Alvarez empti et ipsi in museum Matritense inlati sunt (n. 150. 153. 155). E schedis eiusdem Alvarez tres praeterea adiecit Fita, quos infra exhibeo. Probant hi nuper descripti frequens Larae fuisse genus illud titulorum sepulcralium, sed iidem denuo docent, quod olim exposui, male describendo pessum datos esse eos, qui iam non extant. Adscripsi propter nomenclaturam plerumque aut vetustam aut raram et propter anaglypha.

E vicinia Larae accessit titulus unus (n. 158), qui Paesicorum populi eius regionis memoriam aliquam servavit. In *Calatorno* Nertobrigam Celti-

bericam sitam fuisse opinatur qui has regiones exploravit Romualdus Moro *bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 526; titulos vero inscriptos nondum invenit.

n. 5798 In museo Burgensi, Lara eo delatus ante a. 1870 teste Anselmo Salvá, archivario Burgensi; cippus altus m. 1, latus 0,78. Fita *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 572.

5799 Indidem, cippus altus m. 1, latus 0.38. Fita p. 572.

5800 Indidem, cippus altus m. 1, latus 0.38. Fita p. 572.

5803 Ibidem; repertus in *San Pedro* prope Laram. Fita p. 531.

---

150 *Lara de los Infantes*, cippus supra fractus, altus m. 0.42, latus 0.36, litteris bonis, altis m. 0.025; in museo Matritensi.

ΛRCEΛ · TΛM
ΛVCΛ · MBΛTI
TERENTI · F ·
N · LXX · H · F · C

mulier sedens, d. speculum tenens, s. tendens versus mensam tripodem, in qua sunt urceus et corona

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 530. V. 1 in. ARCEA clare legitur; alterum nomen tres quattuorve litteras initio habuit. Unde suppleri non potest AMAVCA cum Fita, quod ne in n. 181 quidem prorsus certum est; fuit fortasse TAMAVCA.

---

151 *Lara de los Infantes*, in vicinia, lapis solo infixus.

CALPVRN*i*
SATVRNIN*i*
SIMILIS · F
an. LXX

Fita *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 531 e schedis Ferdinandi Alvarez. Potest etiam fuisse *Calpurni*[*ae*] *Saturnin*[*ae*].

---

152 *Lara de los Infantes*, in vicinia, cippus.

C O E M*e*
Æ · ΛPON
IΛE · ΛPON*i*
F · N · XXC

Fita *bol. de la Acad.* XXI 1895 p. 531 e schedis Ferdinandi Alvarez.

Coemea nomen muliebre Ibericum in illis regionibus non infrequens est (II 2589. 2788. 2866. 2867 *Qemea* 5799 *Quemia* 6298).

153 *Lara de los Infantes*, lapis harenarius altus m. 0.44, latus 0.48, in museo Matritensi.

rosa	*rosa*
d · M	D · M
*f*ELICIONI	ATHENAID
ÆMILIAE	I · AEMILIA
PATERNÆ	E · PATERNÆ
SERVO	NCILL · N
N · LV	LXXV · IPSA
ATHENA	SIBI · F · C

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 528. Λ littera caret linea transversa, praeterquam ubi cum N littera conectitur.

154 (= 2869) *Lara de los Infantes*, in vicinia rep., lapis cylindri vel cupae formam habens, diametri m. 0.46, litteris bonis, altis m. 0.03; servatur Matriti in museo.

eques hasta proiecta
dextrorsum procurrens

MADICENVS
CALAETVS
AMBATI · F
N · LV

anaglyphum et titulum corona
laurea circulo cingit

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 527. Legebatur MADIAVVS | CALABIVS. Littera S bis inverse posita est.

155 *Lara de los Infantes*, lapis altus m. 0.54, latus 0.34, litteris bonis, altis m. 0.025; in museo Matritensi.

mulier sedens, d. speculum
tenens, s. tendens versus tripodem,
in quo sunt urceus et corona

OPTATILÆ · F
ESTÆ · CND
IDI · BÆBI · VE
RNACVLL
ÁE · N · XXVII

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 529. *Optatilae* et *vernacullae* in ectypo clare apparent; v. 5 indicatur numerus XXVII. Observa duplex vernaculae nomen et Baebii Candidi nomina inverse collocata.

156 *Lara de los Infantes*, ex vicinia.

PONEM
PRESOV
RNO · PE
C · F · NE
SECVNDV
H F C

Fita *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 532 ex schedis Ferdinandi Alvarez, cui exemplum missum est d. 5 m. Dec. a. 1867.

Fita correxit ita: [*D. M. S*]*empr*[*oni*]*o V*[*e*]*rano Pec*(*ori?*) *f*(*ilio*) *Ne*[*rius?*] *Secundu*(*s*) *h. f. c.*

V. 3. 4 fuit fortasse [*S*]*ec*(*undi*) *f.* In NE potest inesse patria defuncti. Sed interpretatio omnino incerta.

---

157 (= 2876) *Lara de los Infantes*, lapis altus m. 0.43, latus 0.32, litteris altis m. 0.035; in museo Matritensi.

mulier sedens, manum laevam
imponens capiti pueri stantis;
intra circulum

VA//////RIO
. . . .
. . . .

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 528.

VALERIO olim legebant, fortasse recte; sed pars media versus exsiluit. Anaglyphum primus descripsit Fita.

---

158 *Quintanilla Somuño, prov. de Burgos* (castrum Munionis?), $3^1/_2$ *leguas de Burgos* inter fluvios *Arlanzón* et *Ausin*; arula, alta m. 0.20, lata 0.14; servat Marchio de Comillas.

NYMP
PAESIC
A·V·S·L·M ·

Fita *bol. de la Acad.* XXVII 1895 p. 319 cui ectypa misit Romualdus Moro.

Paesicos Astures (Plin. III 28 IV 111 Ptolem. II 6, 5) hucusque pertinuisse vix crediderim; nomina a populo derivata reperiuntur in his regionibus *Paesicus* n. 2706 *Paesica* 2856.

XI. OPPIDA CIRCA *BVRGOS* SITA p. 932.

158a *Santibañez*, ad aediculum S. Caeciliae nuper restitutam prope oppidum, rep. in sedili lapideo, quod ibi erat, nunc basis altaris est; cippus magnus, litteris non bonis saec. fere II.

D M
L · SERTORI
Q PATERN
SERTORIA
SEPTVMI
NA · CONIV
GI PIENTISSI
MO AN LX PO
SVIT ET SIBI
AN XL

Ectypum acceptum a Rev. P. Domino Guépin, abbate coenobii S. Dominici *de Silos* prope *Burgos*, misit Petrus Paris professor Burdigalensis; unde descripsi.

Sertorii a duce claro nomen fortasse derivantes non rari sunt in Hispaniis.

XII. CANTABRI ET VARDVLLI.

In colli *Monte Cildad* dicto prope *Aguilar de Campó* circa fluvium Pisoracam, ubi prodierunt tituli n. 6296—6340*a*, rep. sunt a. 1892 praeter sepulcrales tres ex parte lectu difficiles tituli hi paullo melius conservati.

159 Ara alta m. 1, lata 0.45, litteris saec. I exeuntis IIve ineuntis non bonis, altis m. 0.04.

CABVNÆGNO
////ODI RBIA
////\ · PRO · SALVT
RETON · S//////////
OLECENSIVM
L · M · S

Descripsi ex ectypo imperfecto a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XX 1892 p. 538, 19 acceptum a Romualdo Moro.

V. 1 in. C in ectypo vix apparet; reliquae litterae certae sunt.

2 in. desunt litterae duae et in spatio corroso inter I et R minimum quattuor, in fine nulla.

3 in. A vel M litterae hasta dextra cum puncto clare apparet, in fine † vel Ē videtur fuisse.

4 in. nulla littera deest.

Cabuniaegino [*Cl*]*odi*[*a* . .]*ridia*[*n*]*a pro salut*[*e*] *Rantoni s*[(*ervae*) *r*(*ei*) *p*(*u-blicae*)?] *Olecensium l*(*ibens*) *m*(*erito*) *s*(*olvit*).

Cabuniaeginus deus, comparandus ille cum Adaegina, et res publica(?) Olecensium hic primum comparent; Olecam in vicina *Val de Olea* fortasse superesse adnotavit Fita. Nomina in *-ridius*, *-ridianus* rara sunt; cogitari potest de [*Me*]*ridiana* aut derivatis a *Curidia Viridia*; [*Neb*]*ridia* coniecit Fita. *Ranto* mulieris nomen extat II 2825; *Arantoni* coniecit Fita. Ranto si viri nomen est, quod fieri sane potuit, potius *stationarium* indicari coniecit Hirschfeld; nam servus servave antepositum r. p. vocabulis sane minus solitum. Sed etiam stationarii indicatio, qui nomen unum peregrinum gereret, admodum incerta.

160 In *Monte Cildad* rep. a. 1892, ara alta m. 0.26, lata 0.46, litteris saeculi fere secundi malis, altis m. 0.03.

/MATRI ❦ DEVM
/C · LICINIVS ❦ CISs
VS · TEMPLVM ❦
eX VOTO // // M ·

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XX 1892 p. 539, 20 et supplevit.

V. 2 extr. addidi *s* litteram, ut cognomen Graecum notum evaderet. Sed potest etiam fuisse *Cisus* peregrinum.

161 In *Monte Cildad* rep. a. 1892, servat marchio de Comillas; cippus altus m. 0.50, latus 0.45 anaglyphis variis ornatus; infra integer. Litterae sunt rudes et admodum evanidae, altae circ. m. 0.04.

rosa flos
卐 卐
eques
dextrorsum

D M
AEMILI · TAMIMO

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XX 1892 p. 537, 17 cum imagine ligno incisa.

Legendum *D*(*is*) *M*(*anibus*) *Aemili Tamimo*(*nis*).

Quod Fita legit *Tami mo*(*numentum*), quamquam *monumentum* interdum sic breviatur insolenter, minus probabile est.

162 In *Monte Cildad* rep. a. 1892, tabula lapidea alta m. 0.50, lata 0.38, scripturae interpositae sunt lineae; litterae saec. fere II altae sunt m. 0.03.

D · M · S
*Bae*BIAE · PLAVTINAE
*ux*ORI · PIAENTISS
imae ANNOR . . . XX
. . . .

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XX 1892 p. 540, 21 et supplevit.

Piaentissima ut *Naerva* et similia pronuntiationem productam indicat.

---

163 In *Monte Cildad* rep. a. 1892, cippus altus m. 0.50, latus 0.38, litteris rudibus saec. II, altis m. 0.03.

rosae
duae

D M
E G O M E S
S O R I N A M
MARITO M SEG
5 ET VICTORI

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XX 1892 p. 540, 20.

Lectio satis certa est: *d(is) M(anibus), ego Messorina m(onumentum?) marito m(eo?) Seget(io) Victori.*

---

164 In *Monte Cildad* rep. a. 1892, cippus rudis, altus m. 0.44, latus 0.34.

eques
dextrorsum

D M

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XX 1892 p. 538, 18.

---

165 *Logroño*, rep. *en el Rasillo de Cameros, en la tapia de una huerta perteneciente á D. Juan de la Calle*; servatur in bibliotheca provinciali, arula alta m. 0.36, lata 0.12.

I · O · M
VA · CRE
ARA · P
V · S · L · M

Fita *bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 367 cui misit Antonius Torres bibliothecarius Logroniensis; Fita solvit ita:

I(*ovi*) *o*(*ptimo*) *m*(*aximo*) *Va*(*lerius*) *Cre*(*scens*) *ara p*(*osita*) — vel *ara*(*m*) *p*(*osuit*) — *v*(*otum*) *s*(*olvit*) *l*(*ibens*) *m*(*erito*)

E *Logroño* urbe inscriptiones genuinae nondum prodierunt (cf. falsae n. 245*—248*); neque constat cui oppido vetusto haec tribuenda sit.

XII. OPPIDA VARIA CIRCA *BVRGOS* p. 932.

n. 5809. Similiter exhibent — v. 4 extr. pro AC habent AS — Guerra et Hinojosa *historia de España desde la invasión de los pueblos germanicos* (Matriti 1891) p. 317.

XIII. IRVÑA p. 934.

167 *Marañon*, in valle *de Aguilar* (*prov. de Navarra*), in pariete coemeterii, lapis altus m. 1, latus 0.66; litteris altis m. 0.05, saec. fortasse II.

D *luna* M
M · CAE · FLAVI
NO · N · LX · ET ·
M · CAE · FLAVO
N · XXXV · DOITE
NA · AMBATI · CEL
TI · F · SOC · ET · M
RITO · F · C
luna

F. Baraibar *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 46 ex ectypo ab amicis misso.

D. m. Ma(*rco*) *Cae*(*lio*) *Flavino an*(*norum*) *LX et Ma*(*rco*) *Cae*(*lio*) *Flavo an*(*norum*) *XXXV Doitena Ambati Celti f*(*ilia*) *soc*(*ero*) *et marito f*(*aciundum*) *c*(*uravit*)

V. 4 *Doitena* infra n. 172 est *Doidena*. Cf. *Dovide* II 5714 *Dovidena* 5744. 6299 et *Dobiter* 782 *Doiderus* 5708. 5711. 5720 *Doviderus* 5738.

Doitena vix potest fuisse Ambati alicuius uxor, Celti filia, cum Caelium alterum maritum appellet. Unde Ambatus Celtus pater eius altero nomine fortasse indicat originem Celticam. Ambatus Celticum esse vocabulum notum est. Celtus pro Celta similiter ut Κελταί et Κελτοί iuxta adhibita apud scriptores Graecos non offendit.

---

168 *Luzcando*, qui est vicus desertus iurisdictionis olim *de Acilu* in germanitate de *Icuraiz*, collocatus in tractu viae Romanae inter Deobrigam (*Puentelarrá*) et *el Boquete de la Borunda*, leugas quattuor ad meridiem a *Vitoria*, unam a *Salvatierra* oppidis, in domo quae fuit parochi, in

fenestra meridiem versus sita, lapis calcarius anaglyphis ornatus, altus m. 1, latus 0.66.

D M .
M · SEMP ·
FVS · CO
OCV · LA
TI · F · N · LV
FVSCINV
FR · M · S · F
H · S · E

F. Baraibar *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 52 q. v.

V. 3—5 est *M. Semp(ronio) Fusco Oculati f(ilio)*; nam interdum patris nomen post cognomen ponitur.

V. 7. 8 *fr(atri) m(erenti) s(ibique) f(ecit)* supplevit Baraibar, qui supra F litteram minorem aliquam indicat incertam. Fuitne potius *fr(ater) m(onumentum) s(ua) [p(ecunia)] f(ecit)?* Ut littera illa incerta superposita P fuerit.

---

169 *Luzcando*, in pariete septentrionali domus parochi, lapis harenarius latus m. 0.38, altus 0.19.

LERIA SENTONI CON
SVO CARISSIMO
ORVM XXV ET
F · C

F. Baraibar *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 53 q. v. et supplevit ita probabiliter:

[Va]leria Sentoni con[iugi] suo carissimo [ann]orum XXV et [sibi] f. c.

---

170 *Luzcando*, fragmenta duo diversa in pariete ecclesiae quae fuit,
a altum m. 0.41, latum 0.18 *b* altum m. 0.47, latum 0.17

a

figura hominis
D

b

N · XXX H E
SIT T *t. l.*

F. Baraibar *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 53 q. v.

171 *San Martin de Galburin*, in comitatu *de Treviño* (*prov. de Burgos*), rep. in parietinis aediculae vetustae, quae fuerunt in loco dicto *Sierrita*, ad occidentem oppidi; servatur in pariete occidentali domus parochi, lapis harenarius altus m. 0.80, latus 0.35.

D M
protomae duae
M · ANTO
VS · FVS
AN LX E
AV R E L
P AN

F. Baraibar *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 51 ex lapide ipso et ex ectypis, qui supplevit ita

D. m. M. Anto[*ni*]*us Fus*[*cus*] *an*(*norum*) *LX e*[*t*] *Aurel*(*ia*) *p*(*ia?*) *an*(*norum*) [. . . . . . *h. s. s.*]

Supplementa v. 5. 6 incerta sunt.

---

172 *Pancorbo* (*prov. de Burgos*), olim in suburbio *de Santiago*, in fenestra ludi puellarum; periit.

AMBATAE · PLNDIDÆ
DOMITIA · DOIDEM
ET · DOMITIVS · REBVR
RVS · MATRI ·

F. Baraibar *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 49 e schedis Laurentii de Prestamero.

De *Doidena* nomine v. n. 167; Ambati et Ambatae nomina tam sunt frequentia, ut de parentela huius Doidenae cum Doitena Ambati f. tituli n. 167 vix cogitari possit. *Plandica*, fortasse *Plandida*, est Larae n. 2860.

XIII*a*. OEARSO (*Oyarzun*).

Primum hoc monumentum epigraphicum prodit ex oppido vetusto, cuius nomen oppidum hodiernum *Oyarzun* servavit, Vasconum olim urbe primaria, Οἰασσώ Strabonis III 4, 10 et Ptolemaei II 6, 10, Oearso Plinii III 29 IV 110.

173 Prope *Oyarzun*, circa aediculam vetustam *del Santo Cristo de Andrea-Erréguia*, nunc mutatam in villam rusticam, a dextra viae ad *Irun* et ad radices collis *Gurutze* montisque *Arcale*, ubi dicuntur vestigia esse castelli Romani, rep. ad sepulcrum, ut credunt, antiquum, in quo arma

aerea, fragmenta vasculorum ex argilla, nummi aliquot Augusti argentei iacebant. Cippus magnus e lapide calcario (mensurae non indicantur), litteris paene evanidis.

protome
viri
equus sinistror-
sum gradiens

Æ B E L T E S O
. . S C I O . .
. . . .
. . . .
. . . . . . LE

Fita *bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 485 ss. cum imagine phototypica accepta a Petro Emmanuele de Soraluce et Antonio Arzac, in qua anaglypha aegre, litterae vix ullae distinguuntur. Lectio igitur fide virorum eorum stat, qui lapidem viderunt Fitaeque descripserunt. Qui quod protomen mulieris esse putabant, equo adiecto refutantur; imago lineas tantum externas exhibet.

Titulum Fita ita supplevit *Aebelteso* [*A*]*usci O*[*earsonensis* . . . . . . *h. s. e. s. t. t. le*[*vis*].

Verum est extitisse nomina mulierum Iberica in *-o* et *-on* terminata non pauca, ut *Anderexso Ranto Magalio* alia, sed non minus frequentia virorum in *-o* sunt, ut *Edesco Corentispo Iguaso Lesso Saraucio*; utraque composui MLI p. CXXV. In titulo regionis eiusdem nominatur *M. Porcius* quidam *Ausci f*(*ilius*) *Quir*(*ina*) *Tonius* C. II 5813; atque fieri potest, ut Ausciorum vicinae Aquitaniae populi nomen hominis illius proprium fuerit. Sed apparet supplementa plane incerta esse. *Aebelteso* defuncti nomen potest recte lectum esse.

CONVENTVS CAESARAVGVSTANVS.

V. TVRIASO p. 937.

174 (= 2985) Turiasone adhuc extat in palatio episcopi in muro ad horti introitum, m. 1 a solo.

M · MARIVS · FIDVS
H · S · E · S · T · T · L
M · MARIVS · FAVST
VS · FRATER · FECIT · SI
BI · ET · SVIS

Fita *bol. de la Acad.* XXII 1893 p. 112 ex ectypo misso a Gerardo Mullé de la Cerda, unde exemplum Mendezii emendatur.

VII. OSCA p. 938.

n. 3002 translata est a. 1895 Oscam in museum archaeologicum provinciale nuper ibi conditum.

Fita *bol. de la Acad.* XXVII 1895 p. 316.

VIII. LABITOLOSA p. 938.

175 (= 5840) Extat in sacristia monasterii *Obarra* (Labitolosa), ad flumen *Isábena* (*Calvera*, *prov. de Huesca*, *partido de Benabarre*), lapis altus m. 0.42, latus 0.56, litteris saec. I exeuntis optimis, altis a m. 0.06 ad 0.025.

P · AVRELIVS
TEMPESTIVOS
AVRELIO · TANNE
PAESERI · PATRI
ET · ASTERDVMARI · MATRI
HER · D · S · P · F · C

Ioachim Costa *Revista critica* I 1895 p. 89 ex ectypo misso a Iosepho Zuzaya; idem misit ectypum, unde corriguntur falsa versuum dispositio et v. 5, ubi schedae Eman. Abad y Lasierra, unde ediderat Fita, male exhibent v. 5 ASTERDV MATRI.

Asterdumaris nomen Ibericum mulieris tam novum quam patris *Tannepaeseris*.

---

176 *Sopeira*, *Aragón*, ubi castrum Romanum fuisse locus ipse eminens et utrimque tutus indicat, in praedio *Rafelo*, *pago de San Ginés*, chiliom. 1 pl. m. ab oppido, lapis, cuius facies alta est m. 0.86, lata 0.34.

Q · CAECILIO
L · F · QVIR
CAMPANO
C · ANNIVS
ANNIANVS · ET
L · CAECILIVS
MATVRVS

Ioachim Costa *bolet. de la institucion libre de enseñanza* XVIII 1894 p. 308 s. acceptam a Iosepho Franzino et Andrea Marsol.

XI. BILBILIS p. 941.

177 Bilbili (*la meseta de Bambola* prope *Calatayud*), fragmenta tria lamminae aeneae, ut videntur, unius, crassae m. 0.005; litterae sunt saec. I exeuntis vel ineuntis II, altae m. 0.008.

a *b* *c*



Descripsi fragmenta ipsa una cum ectypis a Fita missa, qui ed. *bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 520 cum additamentis meis ib. XXIV 1894 p. 177.

a margo laevus ex parte superest; litterae perspicuae omnes. V. 4 LIA fuisse videntur.

b *C. Asini* vel *Rasini* . ., *L. Atili* . ., *mag(istri?)*


c litterae paene evanidae, . . *age* . . .

Cuius generis instrumentum fuerit e fragmentis miseris non eruitur.

X*a*. *FRAGA*.

178 Prope Fragam Aragoniae in loco sive oppidi sive sepulcreti vetusti dicto *el Pilaret de Santa Quiteria* sive *Miralrio*, inter 3 et 5 chiliometrum viae Fraga Alcoleam in sinistra Cincae ripa in praedio Francisci Villanova effossionibus institutis a Doctore Iosepho Salarrullana a. 1894 ineunte rep. est cippus cum fastigio triangulato, altus m. 0.78 — iam brevior factus propter pondus ut sit 0.58 tantum —, latus 0.33, litteris Ibericis elegantissimis et profunde incisis, altis m. 0.04. Servat Fragae Salarrullana.

rosa



Descripsi ex ectypo optimo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 274 s. acceptam a Salarrullana.

Fita interpretatus est secundum leges a me in MLI propositas, paucis exceptis quae non probo.

V. 1 elementum septimum, item v. 3 el. ultimum ◇ utrum *o* sit an *r*, dubitari potest, cum iuxta ◁ usurpetur ter nec facile utraque forma reperiatur in eisdem inscriptionibus, exceptis nummis n. 22 et 30*b* (MLI p. XLI cf. p. LXVII s.). Si *o* est, ut puto, tum etiam in inscriptione MLI n. XVIII ΛΛΛM<⊧ΛX◇ legendum est *celdo*, non *celdr*, quod vocabulum hic redit v. 3.

V. 5 el. ultimum V, quod clare apparet, nisi < est ut MLI n. XXXV v. 3 in., potest pro Y positum esse. Puncta bis (v. 2 et 5) simplicia, bis (v. 3. 4) duplicia ponuntur.

Itaque lego

alhoildu|i . qlaśiis | erein . cldo | ercerui . aue | thicehen . erc|i

In fine vv. 2—4 num vocabula terminentur incertum; v. 1 et 5 quae sequitur *i* littera ad vocabulum versus praecedentis videtur pertinere.

V. 2 cum ☆ΛΡM *qlaś* Fita comparavit ϟΝM *slś* MLI n. V; vix probabiliter.

3 extr. <ΛX◇ *cldo* ut iam dixi redit in ⊧ΛX◇ *celdo* MLI n. XVIII. *Celdo* nomen Hispanum est equorum ex Plinio notum.

4 in. ⊧◁⊧◁Y/ʏ *ererui* Fita; sed alterum elementum in ectypo similius est tertio v. 5, ⊂ *ce*. 4 extr. ⊧◁V/ʏ *erci* Fita comparavit cum ☆ΦV▷ *erca* tabulae Luzagensis MLI n. XXXV v. 2 in., quod et ipsum ut hic ⊧◁VΝ *erui* legit *erua* et cum *erba* vocabulo litteris Latinis scripto MLI n. XLVI v. 4 composuit; nescio an recte.

Apparet titulum sepulcralem esse; reliqua omnia incerta sunt, quamquam fieri potest ut *alhoildui* nomen viri sit, *qlaśiis* nomen patris eius, nisi separanda sunt potius *alho* et *ildui*; nam ab *ildu* . . . satis multa vocabula Iberica incipiunt (MLI Index p. 218). Etiam *cldo ercerui* nomina possunt sese viri et patris eius.

XII. COMPLVTVM p. 941.

De inscriptionibus Complutensibus egit Fita in scriptione *reseña epigráfica desde Alcalá de Henares á Zaragoza* (*bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 491—525), in qua adhibuit libellos duos nuper de his regionibus conscriptos, Ludovici Acosta de la Torre *guia del viajero en Alcalá de Henares* (Alcalá 1882 pp. 232, 12°) et Stephani Azaña *historia de la ciudad de A. de H.* etc. voll. II (Matriti 1885, 4.). Sed quos ex hoc protulit titulos sive novos sive denuo repertos fidem non merentur.

n. 3032. Lapis longus ped. 7, latus $2^1/_2$, crassus $1^1/_2$, calcarius albus, affabre scalptus, dicitur denuo repertus esse annis 1854 et 1855, dum *Henares* fluvius crescit, ad radices fontis *del Juncal* supra murum Romanum, qui ibi est, dictus *el paredon del milagro*. In hoc muro putabant lapidem olim insertum fuisse; litterae inscriptionis dicuntur fuisse altae uncias $2^1/_2$ (*dos pulgadas y media de altura*). Sed statim adhibitus in opere pontis *de Bañuelos* ibi dicitur periisse. Inscriptio autem ea ipsa

est, quam Morales sive vidit sive accepit visam a Damiano Rodrigo in turri campanaria ecclesiae vici *Aldea el Pardo*, tribus ab Alcalá leugis.

Azaña *hist. de Alcalá* (1885) I p. 117 ss. (inde Fita *bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 499). Non credo tantae molis lapidem ab *Aldea del Pardo* Alcalam vectum ibi interiisse, sed toti narrationi diffido.

In eodem illo fonte *del Juncal* a. 1657, cum instauraretur, dicitur repertus esse lapis inscriptus, qui diceret 'Gaium Marium aquas istas dedisse ex voto' (*Cayo Mario dió por voto estas aguas*).

Azaña *hist. de Alcalá* (1885) I p. 46 e schedis nescio quibus (inde Fita *bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 500). Nec titulum Herculis n. 5855 ita potuisse indicari credo, ut voluit Fita, nec subesse titulum genuinum ita fere conceptum *Aquis C. Marius .... v. s.*; sed omnino fictum puto.

CONVENTUS CARTHAGINIENSIS.

III. TOLETVM p. 944.

179 *La Mezquitilla*, in deserto dicto *de Arísgotas*, prope oppidum *Orgaz*, in via Romana Consabura Toletum, ara rep. a. 1892 (mensurae non indicantur).

B A N D V
E · IT · VIC
I E S I · E X
VOTO · TI
5 OMACE · PoS

Fita *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 146 cui descriptam misit Ioh. Moraleda, historiographus Orgazensis. Ectypum nondum obtinuimus.

Fita legit *Bandue It(obrico) Viciesi ex voto Tiomace pos(uit)*. Inter deorum peregrinorum nomina Banduae frequens est, potissimum in Callaecia, cf. II 2498. 2515 (*Banduaetobricus*). Sed qualis haec fuerit nominis forma incertum; in *Ituiciesi* latet fortasse originis indicatio, nec magis certum *Tiomace* nomen.

IV. CABEZA DEL GRIEGO p. 944.

Accedit *Castillejo* prope *Sahelices*.

Post effossiones saeculo proximo ibi institutas, e quibus quae prodierant monumenta non pauca exinde interierunt maximam partem, ante aliquot annos impensis Thompsonis Britanni ibi degentis Fita instante denuo situs oppidi vetusti, cuius nomen adhuc obscurum manet, hic illic effossus et vicinia diligenter examinata est. Sed desideramus novam oppidi formam

in mappa geographica perite delineatam, unde de ambitu eius et de vetustate murorum recte iudicetur. Quae prodierunt inscriptiones novae infra proponuntur.

180 *Cabeza del Griego*, rep. una cum n. 182, arula perparva, alta m. 0.16, lata 0.07, a parte dextra fracta; litteris profundis saeculi puto secundi, altis m. 0.01.

C R
VER
FORTV *nae*
V·S·L· *m*

Descripsi ex ectypo et delineatione a Fita missis, qui ed. *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 139.

V. 1 post C vestigia R litterae conspicua sunt.

3 fuit primum E, sed cauda infra adiecta in F mutata est.

Supplevi exempli causa: *Cr*[*ispus*] *Ver*[*anii*] aut *Cr*[*ispia*] *Ver*[*ina*] *Fortu*[*nae*] *v. s. l.* [*m.*].

---

181 *Cabeza del Griego*, rep. una cum n. 182, arula perparva: pars inscripta alta et lata est m. 0.06. A laeva tantum parte paullum imminuta est. Litterae sunt leviter incisae, supra lineas positae, altae versu 1 m. 0.005, versu 2 0.012, reliquis 0.009, saeculi puto secundi.

L VIA ·
ΛΛ V C Λ
PRO · ELV
Λ · ΛΛ R C E
Λ · V · S

Descripsi ex ectypo et delineatione accurata a Fita missis, qui ed. *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 139 cf. p. 250.

V. 1 Post L punctum, quod ibi fuisse probabile est, periit in litura. Punctum in fine versus perspicuum est.

2 Ante ΛΛ littera nulla fuit, sed potest etiam hastae alteri adiecta fuisse lineola obliqua Λ litterae, ut fuerit ΛΛ. In fine versus nihil deest.

3 E, non F, perspicua est; quae sequitur aut I aut L esse potest, cum pes exsiluerit, hoc autem probabilius. In fine post V nulla littera fuit; unde EIVS legi nequit.

4 in. ante Λ, quae certa est, uni praeterea litterae tenui spatium sufficit.

5 in. duarum litterarum spatium.

Itaque legendum *L*(*aribus*) *via*(*libus*) *Mauca* (sive *Amauca*) *pro Elv*[*i*]*a Marce*[*ll*]*a v*(*otum*) *s*(*olvit*).

Mauca s. *Amauca* nomen mihi novum, fortasse servi aut ancillae Helviae Marcellae. Cf. supra n. 150.

182 *Cabeza del Griego*, rep. a. 1892 in effossionibus institutis sumptu Thompson Angli per Romanum Garcia Soria; cippus magnus, cuius facies inscripta alta est m. 0.45, lata 0.32, litteris bonis saeculi fere secundi ineuntis, altis m. 0.06 ad 0.05.



Descripsi ex ectypo et imagine photographa a Fita missis, qui ed. *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 136 cum imagine phototypica ex photographa expressa.

Lege: . . . . . *arae rei*[*publi*]*cae Segob*[*rige*]*nsium* [*servo* sive *ancillae f*]*amil*[*ia pub*]*lica* [*f*]*ec*(*it*).

V. 1 [*Barb*]*arae* supplevit Fita, quod nomen sive servi sive ancillae fuisse cogitari potest. *Barbaras* vir adest II 3761. Nomina autem in *-ara* exeuntia Iberica virorum et mulierum non desunt (MLI p. CXXIII. CXXV), velut *Aetara* viri Balearicum (II 3676); hoc quale fuerit certo statui nequit.

De situ Segobrigae quae olim exposui (II p. 419 et 528) vix mutantur hoc titulo. Fieri sane potest, cum praesertim non rara sit in Hispania originis indicatio in ipsis oppidis, ut indicetur hoc titulo nomen antiquum eius municipii, cuius reliquiae non exiguae extant in colle *Cabeza del Griego* dicto et in vicinia. Neque vero tali monumento absolvitur quaestio. Quod familia publica, municipii ipsius puto, servo vel ancillae rei publicae Segobrigensium monumentum fecit, id per se nondum probat locum eum quo mortuus est Segobrigam fuisse; potuit inde migrare Ercavicam vel quo nomine oppidum illud fuit. De situ Segobrigae testimonia quae habemus scriptorum antiquiora nihil definiunt, Strabonis, i. e. Posidonii (III 4, 3 καὶ Σεγοβρίγα δ' ἐστὶ τῶν Κελτιβήρων πόλις καὶ Βίλβιλις, περὶ ἃς Μέτελλος καὶ Σερτώριος ἐπολέμησαν), Frontini de bello Viriati Livio intercedente fortasse ex eodem Posidonio derivandum (III 10, 6 *Segobrigenses a Viriato in insidias deducti caesique*), Plinii, qui in enumeratione populorum conventus Carthaginiensis litterarum ordine disposita Agrippam et Augustum secutus nominat *caput Celtiberiae Segobrigenses* (III 25) et lapidem specularem *intra C m. p. circa Segobrigensium urbem* inveniri dicit (XXXVI 160). Ptolemaei vero collocatio Σηγόβριγα Celtiberorum urbis (II 6, 57) cum

situ *Segorbe* hodiernae multo melius convenit quam cum Ercavicae sive *Cabeza del Griego*; ut ibi exposuit Carolus Mueller Ptolemaei editor. Neque obstat Ravennatis iter, in quo *Sigobrica* ponitur inter Caracam (Ptol. II 6, 56) et Laminium (it. Anton. p. 445, 4. 446, 4). Duo autem fuisse eiusdem Segobrigae nominis oppida diversa nusquam traditum neque probabile est. Itaque quod Kiepertus in formae suae orbis antiqui tab. XXVII (cum adnotationibus) probabititer Segobrigam collocari in *Cabeza del Griego* concedit, sed tamen etiam *Segorbe* urbis, quae per medium aevum Segobrigae nomen retinuit, nomen novicium adscripsit, caute egit. Neque pugnat cum *Segorbe* urbis situ quod Carthaginiensis conventus fuit neque quod caput Celtiberiae a Plinio dicitur, utpote sita in extremis Celtiberiae finibus; Plinius in eis, quae Agrippae elenchis addita sunt, solet Varronem sequi isque Posidonium. Similiter apud Orosium, qui per Livium fortasse et ipse pendet ex Posidonio, Numantia dicitur *in capite Callaeciae sita*, *ultima Celtiberiae* (V 7, 1). Perseverabo igitur Segobrigam in *Segorbe* collocare, usquedum contraria probentur, quamquam ibi duo tantum tituli sepulcrales inventi sunt (II 3986. 3987); nemo enim peritus unquam urbem illam adiit multoque minus effossionibus institutis situm eius exploravit.

In titulo n. 3122, ubi GOBR litteras dixi non ducere necessario ad Segobrigam, sed etiam cogitari posse de Langobriga et Tongobriga aliisque oppidorum nominibus similibus, Fita latere putavit nomina C. Iulii Pilae Segobrigensis, flaminis provinciae Hispaniae citerioris, cuius memoriam servavit titulus Tarraconensis n. 4222. Sed haec quoque supplementa prorsus incerta sunt. Cf. infra n. 185.

---

183 *Cabeza del Griego*, rep. in aedificio detecto effossionibus Thompsonis, inscriptio pavimenti tessellati; tabella oblonga inscripta longa est m. 0.99, alta 0.38; litterae tessellis albis fundo rubro insertae altae sunt m. 0.05.

ESSO . . . . LOQ
BELCILE . . . . RTIFEX
AFVNDAME . . . .

Fita *bol. de la Acad.* XX 1892 p. 635 et XXI 1892 p. 143 delineatam a Quintero; delineationem hanc mecum communicavit Fita et correxit lectionem propositam p. 250. Imaginem photographam, quae aegre sumi potest, adhuc desidero.

Titulus ab uno quoque latere margine inclusus est; v. 1 in lacuna tres quattuorve litterae interierunt, v. 2 totidem, v. 3 in fine aliquanto plures. V. 2 qui viderunt primum legerant IDE pro ILE; C autem et G facile confunduntur.

Supplevi exempli causa [*L*]*esso* . . . *loq*[*um*] *Belcile*[*sis a*]*rtifex a fundame*[*ntis fecit*].

Lesson nomen redit II 3852; sequitur gentis nomen formatum ad exemplum eorum quae composui MLI p. CXXXVII *Clounioqum Couneidoqum* **Etommoqum Segossoqum Uloqum* . . *rioqum.* Ipsum illud *Uloqum* II 6311 in regione vicina huc quadrat, si nomen praecedens paullo longius fuit. Apud Diodorum XXXI 39 Βεγέδα, apud Appianum Hisp. 100 Βελγήδη, apud Orosium V 23, 11 *Belgida* oppidum Celtiberorum memoratur, qui omnes e Posidonio videntur pendere; confunditur oppidum cum Segeda vel Segida, ut habent Orosii codices deteriores. Fieri potest ut *Belgide*[*sis*] scriptum fuerit in hoc pavimento, cum tessellae quaedam facile intercidere potuerint. Artifex nulla artificii indicatione addita tolerari potest.

---

184 *Cabeza del Griego*, rep. m. Augusto a. 1892, lapis litteris elegantibus saec. I, altis m. 0.05.

Ɒ · ACILIO
CILIO·T·
STVS

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 252.

V. 1 in. pars ᴍ litterae est.

Supplevi exempli causa: *M'. Acilio* [*T. f.*], [*T. A*]*cilio T.* [*f. Fau*]*stus s. fecit* . . .

Nota est Aciliorum gens nobilis, a quorum uno hi viri fortasse civitatem Romanam acceperunt.

---


185 *Cabeza del Griego*, rep. a. 1892, pars superior basis magnae, lata m. 0.47, alta 0.19, litteris saec. I exeuntis optimis, altis m. 0.06, similibus tituli n. 6338*dd* ibidem reperti.

rosa
L · SEMPRONIV*s*
LONG*us*
S

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 140.

V. 3 s litterae caput dispicitur. Fita exempli causa supplevit *S*[*egobrigensis*], sed patet multa posse suppleri, veluti *sevir Augustalis sibi et* . . ., alia.

186 *Cabeza del Griego*, fragmentum rep. m. Augusto a. 1892, altum m. 0.31, latum 0.18, litteris saec. II evanidis, altis m. 0.04.



Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 252.

V. 1 pedes litterarum ad ALL vel AEL videntur pertinere.

V. 2 supple [*Agat*]*hopi.*

V. 4 in. M vel A litterae pars extrema superest; punctum quod sequitur Fita vidit, in ectypo incertum est.

Cf. qui in hoc oppido fuerunt *sodales Claudiani* II 3114 et *sodales* 3115. 3116.

---

187 *Cabeza del Griego*, rep. a. 1892 cum reliquis; cippi pars superior lata m. 0.44, alta 0.15, litteris gracilibus et evanidis, altis m. 0.05.

COMVSA AVE

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui edidit *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 141 cf. p. 250.

Fita post *Co* punctum ponit, quod in ectypo non extat (neque spatium est), et legit *Co*(*rnelia*) *Musa ave.* Sed fuit potius *Comusa* (Κομοῦσα) *ave.*

---

188 *Cabeza del Griego*, repertum n. 1892, fragmentum cippi altum m. 0.23, latum 0.30, litteris rudibus altis m. 0.07.



Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 141.

Fita legit *C. Va*[*l*(*erio*) *Sa*]|*maio* [*q*(*ui*) *v*(*ixit*) | *a*(*nnis*) *pl*(*us*) *m*(*inus*) *LI*[*III*]. Sed talia non quadrant in litteras servatas. Samaius nomen desumpsit ex titulo Balearico n. 3679; potest cogitari de *Ammaius.* Suppleri potest exempli causa *C. Val*[*erio Am*]*maio C*[*assia*] *Apia* vel *Apta* vel . . *pia* [*f*]*il*[*io fecit*].

189 *Castillejo, despoblado de Sahelices*, lapis insertus frontispicio aedificii *del Castillejo*, altus m. 0.30, latus 0.38.

VIRBIAE
M /// N ////// SE
////// RO /////
TYCHIVS
. . . . . ES . . . .

Fita *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 145 ex ectypo ab amicis accepto, quod ego non vidi.

Fita supplet. *Virbiae M*[*u*]*n*[*nae*] *Se*|[*mp*]*ro*[*nius*] | *Tychius* | . . *her*]*es* . . .

IX. ORETVM p. 948.

190 Granatulae, *en el lado de Nª Sª de Azuqueca* (Oretum), tabella marmorea alta et lata m. 0.20, litteris saec. fere III malis, altis m. 0.02; servat Cordubae Raphael Ramirez.

D M S
C · NARCIS
SO AN · LXIIII
H S E S T T L
M · PATRINA
VXOR

Descripsi ex ectypo, quod Raphael Ramirez de Arellano misit. *Patrina* (nam P clare legitur) fortasse rustice scriptum pro *Patruina*. Ceterum legendum *C*(*ornelio*) *Narcisso* et *M*(*ummia*) *Patrina* vel similia.

XVI. TVGIA p. 950.

Quae Tugiae prodierunt inscriptiones Ioachim Costa amicus Matritensis descriptas misit ab amicis, qui multa ibi superesse affirmant vestigia oppidi vetusta, potissimum fragmenta vasculorum ex argilla.

191 (= 3331) Tugiae, lapis longus m. 2.02, altus 0.48, litteris altis m. 0.08 saec. I optimis.

. . A · SIBI · ET · C · CLODIO
. . O · PATRI · ET · CLODIAE
. . ANIONI MATRI

anaglyphum infantis dextra taedam gerentis

Ioachim Costa misit descriptam a Michaele Ruiz Ubedensi.

V. 3 erat fortasse [*R*]*an*[*t*]*oni*; quod nomen muliebre Hispanum aliunde notum est.

191 a *Ubeda*, in collegio scholarum piarum, rep. in colli, in quo sita est *la torre de Toya*, arula alta m. 0.60, lata circiter 0.20; litterae insculptae sunt ab utroque latere (*a* et *b*), neque quidquam visum est deesse.

a	POE	*b*	EN
	COSV		PO
	OSVS		NT
	VO		

Descripsi ex imagine photographa, quam misit Ioachim Costa. Is edidit '*Inscripciones del alto Guadalquivir*' *Revista critica* I 1896 p. 123 acceptam ab Angelo V. Alonso et Michaele Ruiz Ubedensibus.

a V. 1 R legerunt Costae amici videturque in imagine esse; sed lapis fissuras habet et foramina originis noviciae non pauca. Unde puto P legendum esse, non R; cum praesertim voces Ibericae non soleant incipere ab *r* littera.

V. 3 litterae admodum evanidae; Costae amici versus 3 et 4 non recte distinxerunt. Quod post ultimum elementum praeterea L legerunt, fieri potest ut verum sit; nam imago ibi deficit.

b E evanida quidem sed certa visa est Costae amicis. Post N littera una fuit, fortasse O minor.

Lego dubitanter *Poecosuosuc*[*i?*]*vo* | *En*[*o*] *Pont*(*ii?*)

Quod initio est, nomen dei videtur esse. Sed lectio et interpretatio incertae manent.


---

191 b In colli *de Toya* cum fragmentis vasculorum multis prodierunt fragmenta duo ex lapide calcario non eiusdem tituli.

a



b



Ioachim Costa '*Inscripciones del alto Guadalquivir*' *Revista critica* I 1896 p. 123 accepta ab amicis.

Quae visae sunt litterae Ibericae esse, Latinae potius fuerunt rudes ut in n. 191, fortasse legendae CEN et AL.

---

191 c. **191** d *Santo Tomé*, in praedio *de las Irijuelas* prope oppidum, ad fenestram maiorem aedium pro postibus sunt cippi sepulcrales duo non eiusdem aetatis; alter litteris bonis saec. I, punctis triangularibus, alter aliquantum detritus paulo recentior.

a

AEMILIA · PRIVA
TA · ANN · XXXXV
H · S · E ·
S · T · T · L ·
FILIAF · D

b

Q · COI////ne IIVS FOR
TVNATVS LVCI
FNSISA ANNOR
VM L · PIVS IN
SVIS H·S·E·S·T·T·L
CIPVN QIECI·IS
MS

Ioachim Costa '*Inscripciones del alto Guadalquivir*' *Revista critica* I 1896 p. 122. Ectypa nondum obtinui.

b V. 3 utrum NSISA an ŃSISA legendum sit dubitat editor. V. 6 *cipun* pro *cippum* idem recognovit; reliqua fortasse ita legenda sunt et supplenda *q(ui) legeris M(anibus) s(acrum) [dic sit tibi terra levis]* vel similia.

XVII. VIVATIA p. 951.

n. 3344 Extat ibidem, reperta a. 1814 in praedio marchionis *de San Miguel de la Vega* in via versus *Bejíjar* circa fontem, qui ibi est.

Fita *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 76 ex Ferdinandi de Cózar y Martinez *noticias y documentos para la historia de Baeza* (Jaen 1884). Fita ex eiusdem scriptoris libro adnotat etiam titulum falsum n. 348 * ibi extare in lapide, qui originem noviciam aperte prae se ferat.

XIX. AVRGI p. 951.

Accedit *Huelma.*

Huelma oppidi nomen, quod e Latino *Olma* ortum videtur ut ex Osca *Huesca*, ex Olba *Huelva*, hic primum apparet inter ea oppida, quae inscriptiones Romanas servaverunt.

192 *Huelma, prov. de Jaen*, prope praedium *El Alamillo*, quod possidet Maria Fuensanta, rep. 1893 in confluentibus rivis duobus, qui descendunt e montibus *Las Palomeras* et *Los Colegios*; lapis rudis altus m. 60, latus 0.26.

HERCVL
C·IVIVS sic
RVSTIC
L·N·V·S

Ioachim Costa *bolet. de la institucion libre de enseñanza* XVIII 1894 p. 309 descriptam a Michaele Lopez, qui invenit; miserat item Emmanuel Gomez Moreno iunior Granatensis.

V. 2 *Iuius* videtur errore insculptum pro *Iulius.*

V. 4 *l(ibens) an(imo) v(otum) s(olvit).*

XXI. ACCI p. 952.

193 Prope aediculam *del Zalavi*, *termino de Esfiliana* (*Guadix*) rep. a. 1892, lapis altus m. 0.85, latus 0.53, litteris saec. II bonis.

L · F*lavi*VS ·
FAVSTVS ·
H · S · E ·

Emmanuel Gomez Martinez misit m. Dec. a. 1892 depictam accurate. Puncta in fine versuum interdum reperiri notum est.

XXII. CARTHAGO NOVA p. 952.

n. 3447 In epistula a Petro de Leyva ad Lumiarem scripta d. 20 m. Dec. a. 1773 (Morel-Fatio *Rapport* p. 5; infra p. 445) affirmatur legi in lapide C · APVLEIVS | CLERONTO, quamquam statim Iosephus Velazquez correxerat C · L · FRONTO, cum nec puncta adsint et E, non F, appareat. Tamen erravisse Leyvam, hominem minus eruditum, manifestum est.

194 Carthagine nova apud Emmanuelem Martinez in vicinia Sancti Rochi prope portam Murciae, in cisterna:

SICINIA Q · F · MATER

et haec altera inscriptio melior, etiam inedita, perperam descripta:

SICINIA · C · F · SECVNDA
FILIA CVM MATRE EST HOSPES SEI FORTE REQVIRIS
HEIC SICA QVAS RAPIT MORTIS ACERBA QVIS
SED PRINS ERIPVIT MATRI QVI IN OMNIA POLLET
CRVDELIS CASSIVS FILIOLAM E MANIBVS PAENE IMMATVRA
MORTE EREPTAM SIBI GNATAM HEV QVANTVM MATER
INBICIOCIOST NAM POSTQVAM ET MONVMENTO HOC CONDE
CORAVIT GNATAM PER LVCTVS REDDIDIT IPSA ANIMAM

Greg. Mayans epist. ad Petr. Burmannum sec. Anthologiae vet. epigr. Latin. vol. II (1773) p. XLV; inde Burmannus Anthol. IV 82 cf. addenda vol. II p. 683 (Meyer Anthol. 1222). Vide supra p. 352.

Vitia descriptoris iam sustulerunt et lacunas textus, quas quadratarius imperitus non advertit, suppleverunt Maiansius et Burmannus scribentes:

Filia cum matre est, hospes sei forte requiris,
Heic si[t]a, quas rap[u]it mortis acerba [d]i[e]s.
Sed pri[u]s eripuit matri qui in omnia pollet
Crudelis ca[s]us filiolam e manibus.
Paene immatura morte ereptam sibi gnatam
Heu quantum mater [fleverit] in[d]iciost.
Nam postquam [caram] et monumento hoc condecoravit
Gnatam, per luctus reddidit ipsa animam.

V. 2 extr. QVIS quod traditur fortasse *qui*[*e*]*s* fuit, pro 'mortis acerbae quies'; ut Vergilii *dura quies* X 745 XII 309.

6 extr. INBICIOCIOST num recte emendatum sit potest dubitari, scilicet ut intellegatur mater, quod mortua est, indicio est quantum fleverit. Expectamus potius 'hic lapis indicio est'.

7 *postquam et caram* Burmannus, *postquam tumulo et* Meyerus; ut *et* positum sit pro *etiam*.

Versus non aequaliter distributi sunt, dicendi et scribendi genus aetatem sive liberae rei publicae sapit sive Augustae ineuntis, ut in titulis Carthaginiensibus multis.

XXIII. MVRCIA p. 955.

n. 3528 Petrus de Leyva in epistula scripta d. 12 m. April. a. 1774 (Morel-Fatio *Rapport* p. 6; infra p. 445) narrat prope portum *de Almazarron* (*a tiro de fusil del puerto*) extare parietinas oppidi antiqui per spatium leugae circiter unius (*cerca de una legua de extension*). Putat oppidum illud vetustum cadere in locum eum, quem Ptolemaeus Lucento tribuat; unde hoc Lucentum diversum esse opinatur ab altero prope *Alicante*; errore aperto. Ibique ait repertum esse titulum n. 3528, quem depingit modulo archetypi. Altus est m. 0.20, latus 0,25, litteris saec fere II. V. 1 extr. S excidit in lacuna.

195 *Monteagudo* prope Murciam, fragmentum tabulae aeneae, altum m. 0.11 latum 0,8. Parisiis servat Engel.



Arthurus Engel misit depictam accurate.

Supra margo vetustus servatus est.

XXIV. ILICI p. 957.

196 Ilici, rep. a. 1892 *en la Alcudia*, fragmentum tabulae ex lapide calcario, longum m. 0.26, altum 0.16; litteris bonis, altis m. 0.05, saeculi fere primi.



Descripsi ex ectypo, quod Petrus Ibarra misit.

V. 1 E S · I · Ibarra; sed P in ectypo clare apparet. · Ante ·eam punctum esse puto. Post·S duarum tantum hastarum pedes distinguo. Fuisse potest [*C. Titius*] *P. Sil*[*ius*].

2 *curar*[*unt*] certum videtur.

196a *Santa Pola* prope Ilici, apud Antonium Murtula.

te R E N T I A E
pr I S C A Γ I T Γ T I I N
A N N O R V M X X V I
TERENTIAE ARBVSCV
la ET / ETF III FIII A
/// MONVMENTVM FEC//////

Cagnat *bull. des antiq. de France* 1892 p. 149 n. 5, cui festinans descripsit Engel.

V. 2 in litteris ITΓTIIN — nam quae praecedit Γ sine dubio E erat — latet fortasse patria *Ilicit*(*ana*).

V. 5 fuit fortasse *et* [*Telethe*] *filia*[*e*].

V. 6 in. nihil videtur deesse.

XXV. LVCENTVM p. 957.

n. 3561 In epistula comitis de Lumiares ad Academiam Matritensem scripta (a. 1773? Morel-Fatio *Rapport* p. 6 '*sans date*'; v. p. 445); ubi putabam pleniora de titulo hoc vetusto reperire, verba eius prorsus eadem sunt atque in exemplis reliquorum et meo.

XXVII. DIANIVM p. 985.

n. 3585 Basis magna, litteris optimis saec. II, translata nescio qua causa, fortasse pro saburra, Malacam, ubi extat apud Iosephum Heredia Livermoore. Litterae altae sunt m. 0.08 ad 0.06, aetatis Pii iudice Berlanga, qui ectypum misit, similes Exempl. n. 444. 445. Descripta est recte.

INSVLAE BALIARES.

XXXII. PALMA p. 962.

n. 3670. 3677. 3678. 3679. 3682. 3683. 3688. 3690 Nunc servantur in praedio *Valldurgent* (*Calviá*, *Mallorca*), in curte domus, quam Bovér apud Brondo gentem Palmensem quondam habitabat. Quos praeterea et ipsos vidi Palmae in domo, quam a. 1861 habitabat idem Bovér, (n. 3671. 3672. 3675. 3685. 3686. 3692), denuo nondum comparuerunt. Ita mihi scripsit Gabriel Llabrés amicus tum Palmensis, iam Magontanus.

CONVENTVS TARRACONENSIS.

I. VALENTIA p. 965.

Sylloge epistularum a viris doctis Hispanis inter annos 1769 et 1780 datarum ad comitem de Lumiares, postea principem Pium (v. C. II p. XCIX), nuper empta est a bibliotheca publica s. nationali Parisina, inscripta sic *Cartas de varias eruditos, del Principe Pio* (*Fonds espagnol* n. 525. 526). Rettulit de hac sylloge accurate Alfredus Morel-Fatio linguae et rerum Hispanarum peritissimus in dissertatione inscripta *Lettres d'antiquaires espagnols de la fin du XVIIIe siècle adressées au comte de Lumiares* (*Extrait de la Bibliothèque de l'École des chartes, tome LVII, 1896*, pp. 13, 8.), quam mihi misit officiosissime. Enotavit in ea numeros inscriptionum Latinarum omnium, de quibus in epistulis illis sermo est, a me editarum in Corporis vol. II. Novae quidem accesserunt nullae; sed cum verba earum excepta sint ex ipsis lapidibus, quorum non pauci postea a nemine denuo inspecti sunt, haec quae sequuntur ex eis adscribere visum est, descripta mihi a Lebègue intercedente eodem quem supra laudavi viro doctissimo. Infra inter inscriptiones instrumenti q. d. domestici nova una inde editur.

n. 5127 (p. XLVI). Errore hic repetitus est titulus non Valentinus, sed Africanus ex Saldis, in Corporis vol. VIII 8923 e schedis meis editus.

IV. SAGVNTVM p. 967.

Tituli Saguntini novi cum accesserint pauci tantum neque illi magni pretii (n. 196*b* 196*c*), illud tamen adnotare non omittam, quod mihi indicavit Franciscus Chabret antiquarius Saguntinus optime meritus. Scilicet servari Compluti (*Alcalá de Henares*) in archio publico schedas Henrici Palos eius de quo dixi p. 513, itemque Fratris Anselmi Dempere, sacerdotis ordinis *de la Merced*, olim in *el Puig* prope Saguntum degentis. Qui quamquam ambo aequales erant comitis de Lumiares et Conyngham

Britanni, tamen fieri potest ut memoriam rerum antiquarum servaverint ab illis non observatarum. Unde optandum est, ut schedae illae indagentur et comparentur.

196 b Sagunti, rep. in fluvio *Palancia* ex adverso oppidi; iam est in theatro.

L · FLAVI
THALAM*i*
AN · XXXX

Chabret misit a se descriptam m. Febr. a. 1896.

196 c Sagunti, in cisterna viae *Calle Mayor* (*en un rastrillo para contener las aguas*) prope portam urbis *Ferrisa* sive Valentinam.

C TILLIVS
AGATHEMER
T · BAER

Chabret misit a se descriptam m. Martio a. 1896.
Lege *C. Tillius Agathemer*[*us*] *T. Baeb*[*ius* . . . .
Fortasse *Agathemer* perscriptum est.

V. OPPIDA INTER SAGVNTVM ET DERTOSAM p. 971.

n. 3920 In epistula scripta Sagunto ad Lumiarem d. 10 m. Maii a. 1776 a Petro Iohanne Miró (Morel-Fatio *Rapport* p. 9) indicatur cippum altum esse *6 palmos*, latum *3*, textum margine inclusum tenere *dos palmos en quadro*. Verba non variant ab exemplo meo.

197 *Nules*, *Castellon de la Plana*, quem vicum putant ad Noulas mansionem esse in itinerariis Vicarellensibus memoratam, a vico occidentem versus in praedio domini Santiago Pujol, cippus ex lapide calcario, ornatus anaglyphis, litteris malis.



D M
FVL FILE
NIDI · AN
NOR XXII/
ZOTICVS
MARITVS
V X O R I
K A R I S S I
ME FIDELISS

Franciscus Chabret Saguntinus misit m. Maio a. 1892 a se descriptam accurate.

VII. TARRACO p. 972.

Accedunt *Morell* et *Bañeras*.

Exemplar syllogae Tarraconensis eius, quam *Anonymi Tarraconensis* dixi (II p. 544), Valentiae investigavit P. Rochus Chabas canonicus Valentinus inscriptam ita: *Recopilacion sucinta de las antiguedades romanas que se hallan del tiempo de los emperadores romanos en la ciudad de Tarragona y sus cercanias, copiadas y escritas de las mesmas antiguedades por Joseph Boy ingeniero en dicha ciudad año 1713.* Contulit eam cum editis neque quidquam novi inesse repperit; titulis triginta prioribus mensurae adscriptae sunt et loci, ubi extent. Reliqui breviter enumerantur. Haec Chabas mihi scripsit a. 1892.

n. 4288 Tarracone denuo comparuit, extra muros ad ripam fluvii *Francolí* et prope eius ostia, in saepe quae circumdat hortum sive praedium rusticum Iohannis Gonsé; est ara alta m. 1.35, lata 0.65. Litterae dicuntur esse saec. II bonae. Angelus del Arco *Diario de Tarragona* a. 1895 d. 19 m. April. et *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 396.

6113 Tarracone in museo vidit Arthurus Engel *Rapport d'une mission scientifique en Espagne* (*Nouvelles Archives des Missions scientifiques et littéraires tome III* 1892, Parisiis 1893) p. 25.

---

198 Tarracone in effossionibus ad plateam *del Progreso* institutis rep. est m. Aprili a. 1894 tintinnabulum aeneum cum pistillo ferreo fortasse aetate recentiore adiecto; altum est m. 0.12 cum ansa supra affixa m. 0.02, crassum m. 0.005, ambitus in parte inferiore m. 0.45. Inscriptio in margine inferiore inter duas lineas extat, litteris, ut mihi quidem visae sunt, saeculi secundi exeuntis actuariis, altis m. 0.005.

CACABVLVS ❧ SACRIS ❧ AVGVSTIS ❧ VERNACLVS · NVNTIVS ❧ MAIOR ❧
SECVLVM · BONVM ❧ S · P · Q · R · ET · POPVLO ❧ ROMANO ❧ FELIX · TARRACO ❧

Descripsi ex imaginibus photographis optimis, quas officiose subministravit Angelus del Arco y Molinero Tarraconensis, et edidi *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 39 ss. et *Jahrbuch des Deutschen Archäologischen Instituts*, *Anzeiger* 1894 p. 187 cum imagine ligno incisa. Tractavit accurate Emmanuel de Berlanga *Revista critica* I (Matriti 1895) Sept. p. 177—189 et Dec. p. 14—22.

Lectio omnino certa est:

cacabulus sacris Augustis, vernaclus nuntius maior. Seculum bonum s(enatui) p(opulo)q(ue) R(omano) [et populo Romano], felix Tarraco!

Formae rusticae *vernaclus* et *seculum* cum scripturae aetate conveniunt. *Et populo Romano* vocabula post notas sollemnes errore repetitae sunt; qui titulum concepit voluit fortasse *et populo Tarraconensi*, tum errore observato

addidit *felix Tarraco.* *Vernaclus nuntius maior* ipse cacabulus sive tintinnabulum dici Hirschfeldio videbatur, quippe quo in sacris Augustis sollemnia indicentur, etsi hunc cacabulum non ipsum usui destinatum, sed votivum fuisse propter exiguas eius mensuras veri simile sit. *Seculum bonum s(enatui) p(opulo)q(ue) R(omano)* imperatoris mentione non habita optare putabat, id quod saeculo primo incipienti magis quam secundo exeunti conveniret, nec litterarum formae, quantum ex ectypo photographico iudicari possit, ab illa aetate abhorrere ei videbantur. Atque de aetate litterarum anceps iudicium esse neque obstare aetati antiquiori *seculum* rustice scriptum pro saeculo, concedo libenter. Sed restat dubitatio, num ipse cacabulus dicere se potuerit vernaclum nuntium maiorem. Vocabulum *et* ante *populo* ab eo, qui titulum incidit, corruptum censet Hirschfeldius ex *fel(ice)*, ut saepe in acclamationibus legatur *te salvo salvi sumus* similiaque. Tintinnabula in sacris usurpata fuisse e Pseudulo Plautina I 3, 116 sola deducebatur; sed consuetudine ecclesiae catholicae Romanae idem probatur. Usum antiquum demonstrat praeterea imago tesserae plumbeae C. II 4963 8 (Delgado *nuevo método* II p. 340 tab. LXXX 1. 2), cuius inscriptio ad aetatem liberae rei publicae pertinet. Sacra Augusta videntur esse notissima Romae divorum et Augustorum, quae Tarracone maxime floruerunt; quod *vernaclus*, i. e. servus templi, nuntii maioris officium habuit, inter fani ministros collegium nuntiorum fuisse aliquo modo indicat. Comparandae sunt inscriptiones tintinnabulorum aliquot Graecae et Latinae duae inscriptae *Firmi balneatoris* et *f(eliciter) C. Iulio Maximo n(atalia) c(entum)* — si modo recte ita explicantur litterae singulares F . . N · C — editae a Ludovico Bruzza comment. Momms. p. 555 ss. Aliter sensit Berlanga, qui cum sit patriae linguae eiusque historiae peritissimus, praefracte negat quod ego Toblerum secutus credidi cacabulus vocabulum cum *cascabel* Hispano componendum esse. Cacabum igitur putat fuisse, qui aetate demum recentiore in tintinnabulum sive campanam mutatus sit, cum praesertim ferro uti in sacris non licuerit; si modo hoc, quod ex sacris Arvalium novimus, ad omnia templa valebat. Valebat autem sine dubio tantum ad sacra illa antiquissima. *Vernaclus* non appellativum existimat esse sed nomen sive servi sive liberti nuntii maioris, et verbum excidisse, quo cacabum ab illo datum vel factum esse indicaretur. Dubitationes illas viri acutissimi iustas esse non credimus, sed inscriptionem sensu non carere et tintinnabulum antiquitus in usu fuisse credere pergimus. Neque vero obstare putamus modulum eius, quominus ipsum aliquando in sacris usurpatum esse statuamus.

---

199 Tarracone, extabat tecta in poste ianuae ecclesiae cathedralis, quae dicitur porta S. Theclae, unde latus dextrum ex parte imminutum est; inde inter instaurandi opus in lucem denuo protracta est basis marmorea alta m. 0.75, lata 0.42, litteris saec. II exeuntis vel III ineuntis bonis, altis a m. 0.06 ad 0.03.

M · IVLIO · QV*ir . se*
RENIANO · ADO*pti*
VO · EX 7 LVCENS*ium*
OMNIB · HO*norib*
INRE · PVBLI*ca · sua*
FVNCTO · SA*cerdoti*
ROMÆ · ET · AV*gg . . . .*
LEIVS · MARIS *. . . ad*
ƎCTO · INQVI*n*
QVE · DECR · EQ*uitum*
ROMANOR · *a divo*
COMMODO · F*lamini*
P·H·C·PATRONO·M*erentissimo*

Descripsi ex ectypo optimo, quod miserunt Aemilius Morera et Angelus del Arco Tarraconenses, et ex imagine photographa a Fita missa, et edidi *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 392 ss.

V. 1 post Q pedem V litterae in ectypo mihi visus sum distinguere; Fita magis putat fuisse Q · F. Cognomen suppletur ex titulo filii II 4221, quem iam apparet initio ita supplendum esse M · IVLIO *adopti*VO | M · IVLI SE*ren*IANI cet. *filio.*

2 Fita suppleverat ADO*br*(*igensi*) *lema*|VO; sed spatium non capit plus quam tres litteras et oppidum Callaeciae a Mela III 13 solo nominatum secundum codices optimos *Ardobriga*, non *Adobriga* fuit. Lemavorum id fuisse oppidum traditum non est.

3 7 centuriae nota in ectypo clare apparet, cf. C. II Index p. 1174. Flamines ex oppidis conventus primariis oriundi conventum solum indicant, non oppidum, in quo honoribus antea functi erant (cf. II 4255. 4257. 4236. 4198).

4—6 supplementa certa sunt et cum spatio accurate conveniunt.

7 extr. si AVGG in lapide erat, duae vel tres praeterea litterae locum habent.

8 S finalis MARIS vocabuli perspicua est. Sed . . LEIVS · MARIS vocabula lectionis certissimae quid significent non assequor; expectamus aliud defuncti munus, velut *praefectus orae maritimae* sive simile aliquod (cf. II 4138. 4217. 4224. 4239 et 4264. 4266). Qui titulum sculpsit verba quae incidenda erant videtur omnino non intellexisse.

9—13 supplementa certa sunt et cum spatio conveniunt, quamquam mirum est v. 9 extr. unam tantum N litteram fuisse. [*Ad*]*lectus in quinque decuri*(*as*) *eq*[*uitum*] *Romanor*(*um*) cum brevitate quadam dictum est pro *adlecto inquinque decurias iudicum* vel *equitum legitume Romae iudicantium* II 4223 et sim. (II Index p. 1115), cum tres priores tantum decuriae equestris ordinis fuissent.

Cadit igitur sacerdotium Sereniani in annos circiter 193 ad 211 p. Chr.

Titulus auget numerum iam magnum eorum, qui Tarracone positi erant flaminibus provinciae Hispaniae citerioris (II 4188—4260. 6092—6100).

200 Tarracone, rep. una cum n. 199 ad portam cathedralis ecclesiae dictam S. Theclae, basis eiusdem ut illa magnitudinis, litteris eiusdem ut illius aetatis, altis m. 0.05, maximam partem consulto deletis, ut lapis in opere adhiberetur.

L · ANTONIO · L ///////
/ / / / / / / / / / /
reliqua prorsus
oblitterata sunt

Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 401 qui observat fortasse pertinere titulum ad L. Antonium Saturninum II 4194.

200a Tarracone, rep. a. 1896, basis alta m. 0.40, lata 0.40, litteris saec. II elegantibus, altis a m. 0.05 ad 0.04.

O H V N C V B
EO · SACR · AVG
GRAT · CRESCENS
*s*E VIR · AVG ·
f ABIA · BERONICE
VXOR

Descripsi ex ectypo a Fita misso; Aem. Morera *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 532.

Supra nihil videtur deesse, nam margo tabulae inscriptae superior a parte dextra servatus est. Lectio certa est. V. 1 in. litterae duae vel tres, v. 2 in. una vel duae, v. 3 in. littera praenominis singularis excidit. Nomen dei peregrini . . . *ohuncubi* . . *eo* aliunde non noti certo suppleri nequit; nam vix puto legendum esse . . . *ohuncubi* [*d*]*eo sacr*(*um*) *Aug*(*usto*), pro quo expectamus potius *deo Augusto sacrum* vel *sacrum deo Augusto.* Nomen dei peregrinum primum hoc Tarracone prodiit. Reliqua facile supplentur neque ullam difficultatem praebent. *Beronice* pro *Berenice* forma nota est.

201 Fragmentum tabellae lapideae parvae, rep. c. a. 1875 *en el termino de Morell*, in praedio marchionis de Montoliu inter *Morell* et *Vilalonga* situm, prope aediculam *de N^a S^a del Rosario*; Tarracone servat marchio de Montoliu. Altum est m. 0.20, latum 0.25, litteris saec. II vel III, altis m. 0.019.

vict ORINA - LIB
dis ma NIBVSPA
t r o NE VIXIT
ann ORVM.
. . . . . . PEA

Descripsi ex ectypo ab Aemilio Morera Tarraconensi misso, e quo ed. Fita *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 59 paullo aliter suppletam.

Supra nihil deest.

V. 1 pro puncto lineola posita est.

V. 5 . . . *p fa* vel *bea* vel *rea* . . . leguntur, quae probabiliter suppleri nequeunt. Fuerunt fortasse nomina patronae.

---

202 *Bañeras*, in oppido provinciae Tarraconensis, duabus a *Vendrell* leugis; extabat in aedicula S. Michaelis *dels Guágachs* prope oppidum. Ara ex lapide calcario, cuius facies alta est m. 0.40, lata 0.14; litteris saec. II.

IOVI
DOM
INOT
VOT
SO

Fita *bol. de la Acad.* XXII 1892 p. 478 ex ectypo misso a Caietano Soler oppidi parocho.

Iovi domino vot(um) so(lutum).

V. 3 extr. *Ti(beris)* solvit Fita collato vasculi II 4970 256 titulo incerto; fluvii pro hominis nomen rarum esset. Neque nomen *Ti*[*berii*] alicuius facile ita breviari potuit. De *it(erum)* cogitavit Hirschfeldius. Mihi est punctum in folii formam ornatum. *Iuppiter dominus* redit II 4442.

XIII. BARCINO p. 981.

203 Barcinone in ecclesia vetusta S. Petri *de las Puellas*, in altari maiori, basis alta m. 0.85, lata 0.65, litteris saec. II optimis, altis a m. 0.08 ad 0.05, sed calce tectis et perquam evanidis.

F L A V I A E
M A N L I A E
. . FLAVIVS
FIL . . . . ATIS
DE . . . AETAS
H · S · E

Fita *bol. de la Acad.* XX 1892 p. 542; *Boletin de la asociación artistico-arqueológica de Barcelona* 1892 No. 5.

Ectypa accepi a Fita et a Francisco Chabret, quae sumpsit Guillén García; sed omnino nihil in eis distinguo. Quae editores legere sibi visi sunt, ex parte non intellego.

VIAE PVBLICAE.

PARS SECVNDA.

VIAE BAETICAE.

I. MILIARII BAETICAE p. 992.

204 *Villafranca de los Barros, en el patio del Colegio de San José* (*calle Hernan Cortés, I*), *cubo de granito*, cuius pars inscripta alta et lata est m. 0.68, lapis crassus m. 0.49; litteris saec. IV, altis c. m. 0.08.

BONO REI · PVB
NATO

Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 58, 27 qui ectypum misit admodum evanidum.

Dicitur provenisse *de las Peñitas*, ubi Perceiana mansio fuisse creditur (itin. Antonin. p. 432, 7); in proximo loco *el Villar* ponunt domum Liberii, patris Sanctae Eulaliae. Primum omnino hoc miliarium est, quod innotuit, itineris ʽab ostio fluminis Anae Emeritam usqueʼ (itin. Antonin. p. 431, 8 —432, 8). Ceterum probabile, non certum, miliarium fuisse hunc lapidem.

II. VIA AVGVSTA p. 992.

n. 4705. 4717. 4749 Iam sunt Malacae in museo Loring.

PARS TERTIA.

VIAE TARRACONENSIS.

Magnopere semper desideravimus, ut miliarii viarum a Bracara exeuntium quinque vel plurium permulti, qui olim reperti magna ex parte adhuc extant, denuo investigarentur, cum pauci tantum, qui Bracaram

translati sunt, a me conferri potuerint, plurimi vero in campis et montibus sparsi lateant. Ad laborem hunc difficilem sane et diuturnum suscipiendum qui se accingeret inventus est P. Martinus Capella, presbyter Bracarensis, professor lycei Viannensis. Nam cum in regionibus illis natus et inde a pueritia versatus tam propter officia ecclesiastica quam ob patriae antiquitatis amorem loca ipsa et homines eorum gnaros penitus novisset, a Francisco Martins Sarmento studiorum eius generis fautore strenuo institutione doctrinae et libris, qui huc faciunt, liberaliter adiutus etiam rei epigraphicae Latinae studio indefesso talem sibi paravit scientiam, ut fructum laboris per multos annos protracti tandem publici iuris facere posset edito nuper libro suo *Milliarios do* Conventus Bracaraugustanus *em Portugal, reliquias d'epigraphia romana, trasladadas dos proprios monumentos* (Porto 1895, pp. 272 8.). Librum hunc, quem expectari dixi in Supplemento (p. 995), ita sibi putabat scribendum esse, ut conterraneis suis auxilium ferret ad studia dirigenda in patriae antiquitatis universae et in viarum potissimum Romanarum investigationem. Unde praemisit enarrationem peregrinationum frequentium, quibus viarum antiquarum tractus assidue secutus miliarios adhuc superstites indagavit, inscriptiones eorum examinavit et correxit, titulos novos invenit. Emendantur investigationibus illis passim quae ex auctoribus Argotii plerumque fide dignis et accuratis atque ex Barros Sibelo hominis Hispani opera tumultuaria et neglegenti ego olim Kieperti peritia adiutus de singularum viarum progressu et stationibus enucleavi. Id unum dolemus quod huic libri eius parti utilissimae et admodum iucundae, quamquam locorum indicationes plenae sunt et perspicuae, mappa geographica perite delineata deest, qualem non ignoramus difficile parari posse ab homine privato neque in arte ea exercitato. Miliarios vero ipsos ita enarravit scriptor, ut de vita singulorum imperatorum brevem conspectum praemitteret, deinde temporum ordinem secutus singulos proponeret et explicaret. Ego, ut par est, in locorum ordinem redegi.

E miliariis quinque viarum illarum CLXVI plus minus adhuc notis, quos edidi in corporis volumine II et in supplemento eius, Capella, si recte computavi, LXXVI denuo indagavit. In quibus decem sunt antea tam male lecti et descripti, ut emendati denuo proponendi fuerint. Qui restant circiter XC aut nondum reperti sunt aut interierunt neglegentia et socordia incolarum, quam Capella et castigavit severe et idem indulgenter excusavit, aut denique extant in regionibus extra Portugalliae fines sitis, quas ille non adiit. Novi accesserunt XXXII, e quibus viginti paene integri sunt et bonae frugis; reliqui fragmenta sunt minus utilia. In Bracara ipsa iam notis addendi erant novi duodecim in variis oppidi partibus detecti et cum reliquis iam expositi publice in querceto (*o passeio das Carvalheiras*). Eorum duo tresve debentur Albano Bellino scriptori Bracarensi, de quo supra dixi p. 401; ex eis, qui pertinent ad viam Bracara Portum (Cap. I), nonnullos indagaverat iam Sarmento, qui antiquitates patrias omnes pari studio amplectitur. Operam nondum absolutam esse Capella vir modestissimus

ipse satis intellexit; sed tamen exemplum statuit investigatione pertinaci illustre, quod speramus fore ut imitandum sibi sumant rerum antiquarum studiosi Lusitani et Hispani. Insignis enim haec miliariorum sylloge, quae luculenter demonstrat, quantam curam viis illis sternendis augendis conservandis impenderint imperatores ab Augusto ad Valentinianum, fortasse ut fodinarum Callaecarum proventus facilius Portum devehi possent, Capellae cura incrementum accepit perquam gratum.

I. VIA BRACARA OLISIPONEM p. 993.

n. 4736 Extat ibi, *na Quinta do Paiço, á Carriça, estrada de Braga ao Porto*; cippus altus m. 1.12, ambitus 1.94, litteris altis 0.11, intactis.

Capella *milliarios* p. 132 q. v. et adnotat v. 4 extr. non XVIII, sed XVII extare, errore quadratarii; nam XVIII vel XIIX est in reliquis miliariis Hadriani eius anni 134/135, qui ad hanc viam pertinent n. 4735. 4737. 4738.

4740 Extat divisa in partes duas in aedibus parochi *de Sant' Jago de Antas, no terreiro; em frente do portão que do adro dá para o terreiro.*

Capella *milliarios* p. 149 detectam a Francisco Martins Sarmento, qui recte observavit reliquias miseras columnae non posse referri nisi ad n. 4740.

4742 = 6209 Extat *no logar da Trofa velha*; columna alta m. 2.11, ambitus 1.55, litteris 0.09 malis, inaequalibus, male collocatis.

Capella *milliarios* p. 226 q. v. Exemplum eius cum Sarmenti omnino convenit. V. 5 ACRI∠M exhibet, CT in unum conexis.

4744. 4745 Pertinent ad viam Bracara Tudas, infra cap. VI, errore a me olim hic collocati propter *Antas* nomen saepius occurrens. Cf. n. 245.

6210 Extat prope ecclesiam *de Freixo, Marco de Canavezes.*

Capella *milliarios* p. 247 qui non vidit, sed accepit a Sarmento.

6213 Extat *no sitio da Trofa velha, antes do logar de Antomil, Bougado, Sancto Thyrso;* columna alta m. 1.4, diametri 0.53, litteris altis m. 0.1.

Capella *milliarios* p. 221 q. v. et lapide saepius accurate inspecto v. 1 FLA nomen, v. 3. 4 LICINIO | LICINIANO pleniora vidit quam Sarmento.

205 *S. Pedro de Aviôso, Maia,* ad marginem viae Bracara Portum, columna rudis alta m. 1.7, ambitus 2.05, litteris altis 0.12, admodum evanidis.

. . . CAI · P . . . .
AVG P M
. . . II COS ⁝ . . .

Capella *milliarios* p. 251 q. v., sed exemplo suo diffidit.

206 *Cabeçudos* prope *Famalição, na Quinta de Sancta Catharina*; cippus altus m. 2.5, ambitus 2.42, pro pila verandae aedium; litterae quae extant integrae sunt.

IMP · IVI SEVERI FI .
DIVI M ANTONINI N . .
DIVI INI PI PRONEP sic .
DIVI EL NI ABNEP
DIVI TR . . RT ET
DIVI N ADNEP
M · AVR ANTONINO PIO FEL AVG
PART
BRITA · AX
GERM MAX
PONTI . . X
TRIBVNI . OT XVII p. C. 214
IMP III I · PROCOS
A BRA AVG
M · P X

Sarmento detexit et ed. in ephemeride *a Nova Àlvorada de Famalicão* a. 1891; Capella *milliarios* p. 150.

Lacunae facile explentur e n. 4801 aliis.

V. 4 DIVI EL in lapide se vidisse affirmat Sarmento cogitatque de *a*EL(*ii*) *Hadriani* nominibus; sed fuerunt procul dubio HA litterae male expressae.

---

207 *Na Deveza Alta, Famalicão*, rep. a. 1880, extat ad portam *da Quinta de Pereira*, columna alta m. 1.7, ambitus 1.88, litteris evanidis.

NPN . . . .
AVG . . .
A . . . . .
R BI . . S
M . . . . .

Capella *milliarios* p. 251 q. v.

---

208 *A'Trofa velha, Bougado, no eido de um visinho*, columna parva, pro pila in viridario.

.ↄ MP CAESARI DN
NO NE . . . .
. . . .
. . . .

Capella *milliarios* p. 251 q. v.

V. 2 fortasse [*Di*]*o*[*cl*]*e*[*tiano* . . . .

II. MILIARII BRACARAE SERVATI p. 994.

n. 4747 Columna alta m. 2.77, ambitus 1.98, litteris 0.09, renovatis et male mutatis ex parte.

Capella *milliarios* p. 203 q. v. et Hadriani esse mecum consentit.

Numerum m. p. CCXV, qui omnino convenit cum itinerarii Antoniniani p. 427, 4, quamquam hodie ex parte evanidus, potest tamen re vera in lapide fuisse.

4749 Cippi duo alter positus super alterum, alti m. 2.12, ambitus 1.81, litteris altis 0.09, instauratis.

V. 4 CONSVL antiquitus in lapide fuisse, ut in n. 4869, et v. 5 non $\overline{\mathrm{XXI}}\mathrm{V}$, quod tacite correxi in indice, ut dedit auctor restitutionis noviciae, sed $\overline{\mathrm{XXXI}}\mathrm{V}$, quod exigitur, adnotat Capella *milliarios* p. 89, qui observat miliarium referendum esse aut ad viam Bracara Tudas, aut Bracara Aquas Flavias.

4750 Columna alta m. 2.15, ambitus 1.88, litteris altis m. 0.1.

Capella *milliarios* p. 97 q. v.

V. 6 TRIBVNITIA falso posuit is qui titulum restituit.

4751 Columna alta m. 2.53, ambitus 1.96, litteris altis m. 0.1, non instauratis.

Capella *milliarios* p. 110 q. v. et propter similitudinem aliorum, ut n. 6226, Nervae anni p. C. 97, non Traiani esse putat; fortasse recte.

4752 Columna alta m. 2.45, ambitus 2.09, litteris altis m. 0.1, instauratis, sed satis accurate.

Capella *milliarios* p. 127 q. v. et adnotat puncta in miliariis Hadriani omnibus formam foliorum habere. Quod conieci pertinuisse ad viam Bracara Olisiponem probat, sed tum numerum XIII putat non recte instauratum esse.

4753 Columna alta m. 2.34, ambitus 2.13, litteris ex parte instauratis.

Capella *milliarios* p. 140 q. v. et versum unum in fine fuisse indicat numerum m. p. continentem.

4754 Cippi tres cumulati, alti m. 2.14, ambitus 1.97, litteris altis 0.09.

Capella *milliarios* p. 141 q. v.

4756 Columna alta m. 2.2, ambitus 1.61, litteris altis 0.09, instauratis penitus omnibus.

Capella *milliarios* p. 169 q. v. Recte descripserunt antiquiores.

4757 Fragmentum columnae altum m. 1.26, ambitus 2.11, litteris altis m. 0.09, ex parte tantum renovatis.

Capella *milliarios* p. 168 q. v. Recte descripserunt antiquiores. V. 5 qui restituit COSNS pro CONS posuit.

4758 Fragmentum columnae altum m. 1.2, ambitus 1.74, litteris altis 0.1; fuit olim pone aediculam S. Sebastiani.

Capella *milliarios* p. 247 q. v. Vv. 1—4 conveniunt cum exemplo meo, vv. 5—8 Capella non vidit. Fuit Maximini et Maximi ut n. 4754.

4760 Columna alta m. 2, ambitus 2, litteris ex parte renovatis.

Capella *milliarios* p. 198 q. v. et puncta in fine versuum 1.13 pro recens additis habet; nescio an iure.

4761 Columna alta m. 2.32, ambitus 2.11, litteris aperte renovatis.

Capella *milliarios* p. 203 q. v. et puncta recens addita putat pleraque. V. 1 IMI AC NOBILIS dispexit Capella, quae male mutata in IMP fortasse antea fuerunt *felicissi*MO cet.

4765 Columna alta m. 1.77, ambitus 1.85, litteris 0.08, ex parte renovatis.

Capella *milliarios* p. 234 q. v. Exemplum eius cum meo convenit.

4766 Columna alta m. 2.53, ambitus 1.8, litteris altis 0.1, renovatis.

Capella *milliarios* p. 159 q. v.

4768. 4769 Fragmenta duo composita alta sunt m. 2.54, ambitus 1.9, litterae altae 0.09.

Capella *milliarios* p. 159 q. v.

209 Bracarae, rep. c. a. 1880 ibi prope, ubi extat, *no jardim do palacete do Sr. Conselheiro Jeronymo Pimentel*, *esquina do Campo das Carvalheirus e rua da Sé;* columna alta m. 1.52, diametri 0.75. Litterae altae sunt m. 0.1, optimae et integrae. Superior columnae pars videtur consulto levigata esse.

imp . caesar . diui f.
a u g u s t u s
COS · X*iii imp. xx tri*B
POTEST *x x x i i i* I
PONTIF*ex maxi*VS
PATER·P*atriae* p. C. 11/12
TVDE II

Descr. ex imagine photographa a Sarmento missa, in qua tamen desunt litterae marginis dextri. Bellino *inscr. de Braga* (1895) p. LXIV qui invenit; Capella *milliarios* p. 252 q. v. et supplevit; Sarmento misit m. Febr. a. 1895 descriptam a Capella.

Suppletur nullo negotio ad exemplum tituli n. 4868.

V. 7 in cavo, quod formam habet tabellae ansatae, inscriptus est deleta fortasse scriptura quadam anteriore. De *Tude* vel *Tudae* oppido v. II p. 901.

---

210 Bracarae, columnae magnae pars inferior, alta m. 0.50, ambitus m. 2.16; litterae altae sunt m. 0.1 et dicuntur esse aetatis Augustae.

I I V
*a bracar*A · AVG
M · P · I

Sarmento et Bellino, qui repperit, miserunt descriptam.

Numerus I clare legitur neque quidquam deest pone eum.

210 a Bracarae, rep. leugam unam ab urbe, columna alta m. 0.93, ambitus 1.93, litteris 0.1. Servat Bellino.

TI · CAESAR · DIVI · AVG · F ·
DIVI · IVLI · NEPOS · AVG ·
PONT · MAXIMVS ·
IMP·VIII · CONSVL·V·
TRIB·POTEST·XXXIV p. C. 32/33
BRACARAVG ¬
II

Albanus Bellino qui repperit misit d. XVII m. Iunii h. a., affirmans lectionem certam et puncta, quae formam habeant lunulae (¬), ita ubique apparere, etiam versibus extremis excepto quinto.

---

211 Bracarae, iacebat olim in atrio ecclesiae S. Sebastiani, postea translatus in plateam *das Carvalheiras*, cippus rudis altus m. 1.36, diametri 0.42, litteris 0.11, evanidis.

IMP · G*ai*O
VALERI
O · D*i*OCLETI
AN*o* . . . . P · F · AVG p. C. 304/305?

Capella *milliarios* p. 209 q. v. et adnotat fortasse non fuisse miliarium, sed basim statuae. Quod non puto probandum.

Videtur eiusdem anni atque sequentes n. 211 a. 212.

---

211 a Bracarae, olim in atrio ecclesiae S. Sebastiani, iam in platea *das Carvalheiras*, cippus rudis altus m. 1.31, ambitus 1.18, litteris 0.14 malis.

IMP · CAES
C · VAL · MA
XIMIANO
P·F·INV·AVG
P·M·T·P·P·P p. C. 304/305?
ABR

Capella *milliarios* p. 212 q. v.

Videtur anni eiusdem atque sequens n. 212.

212 Bracarae, in platea *das Carvalheiras*; columna alta m. 1.8, diametri 0.6, litteris altis 0.1.

. IMP . . .
FLAVIO · VAL
CONSTAN
TIO · P · F · NOBILIS
SIMO · CAES p. C. 304/305?

Capella *milliarios* p. 218 q. v. et recte adnotat non esse titulum n. 4763, quem e Moreirae schedis desumpserat Levy. Quodsi ita esset, certe ego eum Bracarae vidissem.

V. 1 fortasse deest D · N. Est Constantii maioris, ut II 5239. 6237; unde Index p. 1110 corrigendus.

213 Bracarae, olim in atrio ecclesiae S. Sebastiani, iam in platea *das Carvalheiras*; cippus altus m. 1.6, diametri 0.41, litteris altis m. 0.1 malis, sed non renovatis.

IMP
GALERIO
VAL · MAXI
MIANO · IVN
P · F · NOBILIS p. C. 304/305?
SIMO · CAES

Capella *milliarios* p. 215 q. v. et adnotat v. 4 non legi posse INV*icto*, sed esse IVN*iori*; quod extat C. VI 1138 VIII S. 17884. Cf. II 1082.

Arte lithographa expressa est in titulo libri Capellae.

213a Bracarae, columna inscripta ab utraque parte; *a* litteris altis m. 0.04, evanidis; *b* litteris magnis et rudibus, altis a m. 0.012.

a
d . n . fl . val . constantino
*triu*MPHATORI SEMPER
AVGVSTO ET D N
FLAVIO · IVL · CONSTAN
TIO NOBILISSI
MO CAESARI
*ui*CTORI · *per*PETVO
*semper a*VG*ust*·PONT·MAX· p. C. 337?
*bracarau*GVSTA
MP XXXVI

b
d . n . fl . val .
constanti
NO VICTO
RI ET TRIVM
PHATORI
PERPEDVO
SEMPER
AVG

Sarmento et Bellino, qui repperit, miserunt descriptas, hic etiam ectypa, sed mala. Ectypum tituli *a* omnino legi nequit, in *b* V. 5 EƆ clare legitur, videtur autem ortum ex E et T litteris male iunctis.

a V. 7—9 lapide iterum inspecto cum cura ita legendos esse affirmat Bellino.

b Fortasse Constantini iunioris. De Valentiniano cogitavit Bellino.

214 Bracarae, in platea *das Carvalheiras*, columna humi iacens, quae videtur pro mensa fuisse in taberna quadam, alta m. 0.8, diametri 0.5, litteris 0.09.

imp . d . n . flavio val.
constantio
MAXIMO
VICTORI TRIVMHARI AVG   sic
DIVI CONS*tantini* M*axi*
MI FILIO DIVORVM FL*a*
VI IVLI CON*s*T*a*NT*i* ET //////
////////// ANI NEPOTI DIV*i*   p. C. 337 ss.
CLAVDI PRONEP*oti*

Capella *milliarios* p. 246 q. v. et recte comparavit cum n. 4844.

V. 4 ita male scriptum esse affirmat idem; v. 7. 8 Maximiani nomen utrum consulto erasum sit an casu perierit non indicat.

215 Bracarae, *na parede interior da sacristia do templo de Lapa*, fragmentum altum m. 0.40, latum 0.75, litteris altis m. 0.10.

CONSTANT
*a bra*CARA·AVG

Bellino *inscr. de Braga* (1895) p. VII.

216 Bracarae, *nas Carvalheiras*, cippus parvus, altus m. 0.64, ambitus 1.1, litteris altis 0.05, admodum evanidis.

DDN*n* V*a*L*e*NTIN*ian*
O ET EIVS FR*atri*
VA*lenti*
FORTISSI*mis*
PRINCIPIB*us*
SEMPER
AVGVSTI*s*

Capella *milliarios* p. 251 q. v. et una cum Albano Bellino summa cum cura legit. Sed tamen *et eius fratri* vocabula vix recte lecta crediderim. Supplementa versuum reliquorum Capella proposuit probabilia.

217 Bracarae, in horto consiliarii Hieronymi Pimentel, una cum n. 209, fragmentum miliarii.

a
TROPEV
AVIFIAIV

Bellino *inscr. de Braga* (1895) p. LXXXIV, qui a me interrogatus affirmat haec ita in lapide scripta esse.

Expecto ectypum; nam quae hic proponuntur sensu omnino carent.

III. VIA BRACARA AQVAS FLAVIAS p. 994.

n. 4774 = 4782 *Na venda dos Padrões*, *Codeçôso*, *Montealegre*, via Bracara Aquas Flavias; columna alta m. 2.18.

Capella *milliarios* p. 117 q. v.

Cum Alvares de Figueiredo nihil viderit praeter finem tituli M · P · | XLII (n. 4774), qui adhuc solus distinguitur, eodem autem loco Barros saec. XVI collocet Traiani titulum in eundem m. p. numerum desinentem (n. 4782), Capella putat post Ioh. de Barros tempora titulum consulto deletum esse praeter finem, qui superest; inde non diversum esse n. 4782 a Figueiredo non visum a n. 4774 non viso ab Ioh. de Barros. Quod concedo probabile esse, quamquam fieri potest ut hoc quoque loco plures eiusdem numeri miliarii fuerint.

4778 Extat *no logar de Antigo de Arcos*, *freguezia de Serrasquinhos*, columna alta m. 1.13, ambitus 2, litteris altis 0.12, pilae loco posita ad gradus scalae aedium *do lavrador Liberal.* Inter v. 3 et 4 foramen est factum temporibus noviciis, praeterea optime conservata.

V. 1. 2. 4 in. T littera altior est quam reliquae. V. 3. 5 numeri lineas habent superpositas. V. 4 et 5 extr. puncta sunt.

Capella *milliarios* p. 91 qui putat exemplum novicium esse accurate expressum e vetusto, quod fortasse periit.

4789 Extat ibi in *Villarandêlo*, in margine viae *de Torre de D. Chama* et *Valle Passos* ad Aquas Flavias, *na saida da povoação* prope coemeterium; cippus altus m. 1.45, diametri 0.45, litteris non bonis sed perspicuis.

Capella *milliarios* p. 154 q. v. Lacunae exempli vetusti explentur paene omnes; v. 5 incipit a voce NOBILISSIMO. Vidit ibi etiam Ioachim de Castro Lopo, qui misit descriptam Iosepho Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* I 1895 p. 118.

4790 Frustra indagavit Capella *milliarios* p. 155.

4791 Extat *na povoação de Possacos*, *Valle Passos*, *no topo de uma escada* in aedibus prope ecclesiam parochialem; cippus parvus, cuius mensurae non enotatae sunt.

Capella *milliarios* p. 235 q. v. et v. 1 . . . MAGNO tantum in lapide dispexit.

4795 Extat in *Villa Frade*, in atrio ecclesiae (*a ermida*) S. Marthae, *no muro baixo do alpendre*; columna alta m. 0.9, ambitus 1.4, litteris 0.1, malis et rudibus, sed non renovatis.

Capella *milliarios* p. 204 q. v.

V. 1 CAES vocabulum iam interiit.

218 In via Bracara Aquas Flavias, *no logar de Arcos, freguezia de Cervos, Boticas de Barroso*, columna alta m. 1.64, ambitus 1.68, litteris altis m. 0.1, non instauratis; pro poste sustinet verandam *do lavrador Santos.*

TI · CLAVDIVS *cae*
SAR · AVG · *Germa*
NICVS · PON*t. max*
IMP · V̅ · COS *iii. trib.*
POT · I̅I̅I̅ · P · *p. brac* p. C. 43/44
AVG · . . . .

Capella *milliarios* p. 100 q. v.; Pinho Leal *Portugal antigo e moderno* s. v. *Cervos* male et imperfecte. Cf. n. 221. 222.

219 (= 4773) Extat *no logar da venda dos Padrões* (i. e. mansio miliariorum), *freguezia de Codeçoso*, columna alta m. 2.5, ambitus m. 1.67, litteris m. 0.1, inverse posita pro posti est *a uma varanda* indeque male habita.

IMP
. . . .
. . . F · DIVI · IVLI · NE*p*
. . . . COS · V̅ · TRI · POT
BRAC · AVG p. C. 32/33
. . . . . .

Capella *milliarios* p. 90 q. v.

Est sine dubio Tiberii; imperatoris praenomen falso ei tributum ut in titulis aliquot Africanis (C. VIII 685. 10018. 10023. 10492) in Hispania nondum inventum neque ab Alvares de Figueiredo, qui primus descripsit, adnotatum clare apparere affirmat Capella. Unde cum hic desit v. 2 ab illo visus miliarium est fortasse a n. 4773 diversum.

220 (= 4781) Extat *na veiga da Pastoria, entre Chaves e Boticas*, chiliom. 6 ad meridiem viae Bracara Aquas Flavias *por Serraquinhos* (unde Capella putat ramum viae per loca *Alturas Boticas Pastoria* fuisse Aquas Flavias, *milliarios* p. 56); columna alta m. 1.15, ambitus 1.81, litteris altis 0.1, magna ex parte iam evanidis, sed nunquam instauratis.

IMP · CAESAR
DIVI NERVAE *F*
TRAIANVS
AVG · GER*m. dacic*
PONTIF · MAX
TRIB·POT·V̅I̅I̅·IMP·I̅V̅ *cos. v* p. C. 103
AQVIS · *FLAVIS*
M · P · *IV*

Capella *milliarios* p. 116 q. v.

Quae saec. XVI Barros vidit, nunc vero desiderantur in lapide, dedi litteris inclinatis.

221 (= 4771) Extat in *Sangunhêdo*, *freguezia de Codeçoso*, *Montealegre*; columna alta circiter m. 2.

TI · CLAVDIVS · CAESAR
AVG · GERMANICVS
PONT·MAX · IMP ·V·COS·III
trib · *p*OT · III · P · P · BRAC p. C. 43/44
AVG · XXXV
. . .

Capella *milliarios* p. 98 q. v.
Vv. in exemplo Alvaris de Figueiredo a me repetito aliter divisi et minora quaedam non recte descripta sunt.

---

222 In situ dicto *o monte do Crasto*, ad ripam sinistram fluvii *Rabagão* qui cum *Cavado* confluit, *freguezia de Codeçôso*, nuper comparuit columna alta m. 2.4, diametri 0.57, litteris altis m. 1.

TI · CLAVDIVS · CAESAR
AVG · GERMANICVS
PONT · MAX · IMP · V · COS
III·TRIB · POT·III ·P·P·BRAC p. C. 43/44
AVG · XXXVIII

Capella *milliarios* p. 99 q. v.
Gemella est n. 221 (= 4771).

---

223 *Possacos*, *Valle de Passos*, in via Aquas Flavias, iuxta pontem *de Valdetelhas* (cf. n. 4788); cippus parvus, cuius mensurae non indicantur.

IMP · CA . .
C ·VAL · MA .
SIMIANO · P
F · AVG p. C. 304/305?

Capella *milliarios* p. 212 qui non vidit, sed accepit descriptam a canonico Cardoso, professore seminarii Vimaranensis. Cf. n. 211.

223 a Reperta a. 1895 *nos Possacos*, chiliom. 4 a *Valpaços* (s. *Valle de Passos*); extat ibi in fundamentis domus alicuius in platea *das Duas Fontes*, cippus sive columna ex lapide granito, alta m. 0.98, ambitus m. 0.72.

D N
F L A
V I O
DALM
ATIO
BIALISSI — p. C. 335/337
MO CESA
RI

I. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* I 1895 p. 323 acceptam a Ioachimo de Castro Lopo.

V. 4 *Dalmatio* non Delmatio et 7 *Cesari* non offendunt. Dalmatii titulus primus hic ex Hispaniis innotescit.

V. 6 ita legi, non BEATISSIMO nec BIATISSIMO, affirmat Leite, L enim claram esse et formae eiusdem atque reliquae L huius tituli. Unde lapicida videtur confudisse titulos *beatissimo Augusto* et *nobilissimo Caesari*, quos legi in titulis Delmatii CIL X 8015 (*be[a]tissimo Aug. nobilissimo Caes.*) XII 5505 (*nob. Caes.*) observavit Leite; qui tamen praetulit *biatissimo*.

IV. VIA BRACARA ASTVRICAM ALTERA p. 994.

n. 6214 Iam est in museo Vimaranensi, columna alta m. 1.53, ambitus 1.32, litteris altis m. 0.1, intactis.

Capella *milliarios* p. 118 q. v.

V. 4 extr. IMP · $\overline{\text{IIII}}$ in lapide est, ut expectaveris. Traiani a. 103 esse apparet.

Videtur esse testimonium unicum adhuc extans viae Bracara per Vimaranum (*Guimaraens*) Aquas Flavias in itinerario Antoniniano non indicatae; quae enim ibi indicatur ibat per *Barroso* oppidum (Cap.).

V. VIA BRACARA ASTVRICAM TERTIA p. 994.

n. 4801 Extat ibi, *no sitio do ribeiro de Cabaninhas, freguezia de Chorense, Terras de Bouro*; columna infra imminuta, alta m. 1.8, diametri 0.63, litteris altis 0.09, intactis.

Capella *milliarios* p. 144 q. v. et exempla vetusta ad archetypum passim correxit.

V. 5 PART, 7 PIO · FEL · AVG, 10 PONTIFICI, 13. 14 A BRACARA . . . M · P | XV . . . . in lapide esse idem affirmat; illud PIO · III · FEL nec hic nec in

titulo n. 4837 adnotatum a Sibelo se vidisse, n. 4842 autem, qui est ab altera parte portellae in Hispania, prorsus oblitteratum esse. Lectio hominis prorsus indocti confirmationem desiderat neque vero videtur prorsus abicienda esse.

4804 Extat *no sitio dos Lagêdos*, *Chorense*, *Terras do Bouro*; columna mutila alta m. 1.9, ambitus 1.93, litteris altis m. 0.09, non restauratis, sed musco tectis et paene evanidis.

Est miliarium M. Aurelii Antonini Pii Felicis a. 214 ut n. 4801.

Capella *milliarios* p. 146 q. v. et multo plura descripsit quam antiquiores. Numerus m. p. XVIIII perspicuus est.

4805 Extat ibi, prope *a aldeia de Travassos*, *Villar*, *Terras de Bouro*; cippus mutilatus, altus m. 1.73, diametri 0.6, litteris inaequalibus, ex parte evanidis.

Capella *milliarios* p. 160 q. v. Recte omnino descripserunt antiquiores.

4809 Extat ibi, *no logar de Sá*, *Covide*, *Terras de Bouro*; columna in basim crucis conversa, mensurae non indicantur; litterae, praesertim a parte sinistra, evanidae.

Capella *milliarios* p. 185 q. v. et lectionem antiquiorum comprobavit.

4812 Extat *no logar de Covide*; fragmentum columnae, *serva de supporte a um alpendre de corte de cabras do lavrador Dias de Sá*, *na rua da Carreira*; mensurae non indicantur.

Capella *milliarios* p. 186 q. v. Superest tantum pars media vv. 3—10, quae demonstrat non diversam esse a n. 4809.

4813 Extat *no Campo do Gerez*, basis crucis (*do cruzeiro*), litteris renovatis omnibus.

Capella *milliarios* p. 255 q. v. et textum novicium opposuit veteri, quem restituere conatus est secundum exempla reliqua titulorum Traiani Decii non infrequentia.

4815 Extat circiter m. 200 a cruce (*o cruzeiro*) *do Campo do Gerez* versus septentriones, cippus altus m. 1.6, ambitus 1.75, litteris altis m. 0.08, malis.

Capella *milliarios* p. 260 q. v. et putat esse exemplum novicium, quod vetustum aliquod mutilum male imitetur, nisi omnino fictum sit.

V. 1. 2 IMP CAES · C · IC | AED · M · I · IS in lapide esse testatur idem.

4816 Extat in situ dicto *bouça do Gavido*, *Campo do Gerez*, *Terras de Bouro*; columna alta m. 2.1, ambitus 1.5, litteris altis 0.08.

Capella *milliarios* p. 174 q. v. V. 6 PROCO*s*, 10 *i*VENTVT*is*, 13 VALERINO e lapide enotavit Capella; sed tamen fuisse putandum est VALERINO.

4821 Extat ibi, *no sitio do Bico da Geira*, *Campo do Gerez*, *Terras de Bouro*; columna alta m. 2.35, ambitus 2.5, litteris altis 0.1, intactis.

Capella *milliarios* p. 129 q. v. et omnia ita in lapide esse testatur ut dedit Argote; numeris ubique superpositas esse lineas.

4823 Extat *no Bico da Geira*, columna alta m. 2.24, ambitus 2, litteris altis 0.08.

Capella *milliarios* p. 187 q. v. Argotii exemplum, quod dedi, initia versuum omisit et versus interdum non recte divisit.

V. 1. 2 MES|SO · QVINTO in lapide esse affirmat Capella pro MES|SIO · QVINTO.

V. 3 Invicti cognomen deest hic ut in n. 4833. 4835.

V. 6 *pro cos* .... I · COS · II · P · P V. 8 numerus m. p. interiit.

4826 Extat in situ dicto *Volta do Côvo*, *Campo do Gerez*, *Terras de Bouro*, sed divisa in partes duas, altas m. 1.45 et 1.1, ambitus 2.15 et 1.94, litteris altis 0.09, magna ex parte evanidis.

Capella *milliarios* p. 176 q. v. imminutam, si modo eadem est.

V. 1 extr. 2 fuit MAX*imi*|NVS *p* F AVG, 4 IMP · VII, 14 ... VALERINO · LE ....

4827 Extat *na Volta do Côvo*; columna alta m. 1.25, ambitus 1.91, litteris altis 0.08, malis, sed perspicuis.

Capella *milliarios* p. 239 q. v. V. 5 FLORENTISSI (ET vocabulum non est in lapide), 7 B R P NATO, 8 MXXXII in lapide esse testatur idem.

4829 Extat *no sitio da Albergaria á Ponte Feia*, columna alta m. 2.5, ambitus 1.87, litteris 0.07.

Capella *milliarios* p. 199 q. v. Argotii exemplum suppletur.

V. CARIN · PIO · F Capella in lapide esse affirmat, qui nomen Carini ex Cari factum esse suspicatur.

4830 Extat *no sitio da Albergaria á Ponte Feia*, columna alta m. 1.77, ambitus 2.3, litteris 0.11 ad 0.08, rudibus et inaequalibus, instauratis imperite.

Capella *milliarios* p. 193 q. v. Argotii exemplum in paucis emendatur.

V. 1 TACI, 3 POTES, 4 ... IS · PAT · PAT · PROCONS in lapide esse affirmat Capella. Genetivus tribuniciae potestatis legitur etiam in aliis titulis Taciti Hispanis, n. 4635. 4636. 4638.

4831 Extat ibi, in situ dicto *a Albergaria á Ponte Feia*; fragmentum columnae altum m. 1.1, ambitus 1.8, litteris altis m. 0.09, evanidis.

Capella *milliarios* p. 177 q. v. et haec enotavit D · N · IM*p* | ... NI PF AVG CVR ... | .. Q DECIO VALERINO | .... | ....

4832 Extat *no sitio da Albergaria á Ponte Feia*, cippus rudis altus m. 0.98, ambitus 1.76, litteris altis partim 0.14.

Capella *milliarios* p. 205 q. v. Quae ex Argotii exemplo malo erui coniectura, iam probantur.

V. 1 extr. C ...., 2 MARC ......, 3 CARINO, 5 PRINC ...., 6 interiit.

4833 Extat *no sitio da Albergaria á Ponte Feia*, columna alta m. 1.97, ambitus 1.75, litteris 0.08.

Capella *milliarios* p. 187 q. v. Argotii exemplum, quod dedi, emendatur.

V. 2. 3 QVINTO · TRA|IANO, V. 6 ... OC · IIII · COS · II est in lapide.

4834 Extat *na Portella do Homem*, *fronteira do Gerez*; columna integra, alta m. 2.12, ambitus 2.6, litteris altis 0.08, vix instauratis.

Capella *milliarios* p. 178 q. v. Corriguntur et explentur lacunae et mendae exempli Argotii ita:

V. 1 extr. 2 MAXI|MINVS · P · F, 3 MAX · SARM, 4 TRIB · POT · V IMP · VII et PRO|COS, 7 MAX · DAC · MAX · SARM · MAX, 8 PRINCEPS IVVENTVTIS FILIVS, 9 IVLI, 10 P · F · AVG · CVRANTE QVIN, · 11 TO DECIO VALERINO · LEG · AVGG, 12. 13 A BRaC *avg* | . . XX . . . . .

Adnotat Capella ad hunc titulum v. 11 cognomen legati ita VALERINO, non VALERINO clare scriptum esse nec magis in reliquis titulis, qui idem nomen exhibent, vestigia A litterae apparere. Quod sane perquam mirum est.

4835 Extat *na Portella do Homem*, columna alta m. 1.95, ambitus 2.3, litteris altis 0.08.

Capella *milliarios* p. 188 q. v. Argotii exemplum in paucis tantum peccat.

V. 4 TRI·POT, V. 5 PROC·IIII·COS·II, V. 6 XXX . . . . in lapide est.

4837 Extat *na Portella do Homem*, *fronteira do Gerez*; columna alta m. 2.5, ambitus 1.85, litteris altis 0.09, intactis.

Est miliarium M. Aurelii Antonini Pii Felicis a. 214 ut n. 4801.

Capella *milliarios* p. 147 q. v. et adnotat initia versuum omnium detrita esse.

V. 9 GERMANICO · MAX, omissus ab antiquioribus, est in lapide.

4839 Extat ibi, *no sitio da Portella do Homem*, *fronteira do Gerez*, *estrada da Geira*; columna alta m. 2.6, ambitus 2.19, litteris altis 0.09, intactis.

Capella *milliarios* p. 131 q. v. et probat, quod conieci, miliarium esse Hadriani a. 134/135, ut n. 4821. 4825; sed TRAIANO vocabulum, quod v. 2 posuit Argotii auctor, non extare. Numero milium XXXIIII linea superposita est.

4840 Extat *na Portella do Homem*, fragmentum columnae altum 0.86, ambitus 1.95, litteris 0.14.

Capella *milliarios* p. 237 q. v. et v. 1 ante AVGVSTO vocabulum nihil dispexit; SEM*per*, quod Argotii auctor dedit, iam non extat.

4841 Extat ibi, *no sitio das Mouroãs*, *além da fonteira pela Portella do Homem*, *estrada da Geira*; fragmentum columnae altum m. 1.2, diametri 0.52, litteris altis 0.1, perspicuis.

Est titulus Hadriani a. 134/135 integer m. p. XXXV.

Capella *milliarios* p. 131 q. v. et adnotat hic quoque v. 5 clare apparere COS · IIII pro COS · III, quod exigitur, ut n. 229 (= 4806). Lineae numeris superpositae non sunt. Corrigitur inde exemplum Sibeli malum.

4842. 4843 a Sibelo solo visas interiisse affirmat

Capella *milliarios* p. 148, si modo unquam extiterint neque errore ab illo repetitae sint ex n. 4848.

4844 Extat ibi, *no sitio da Pala falsa*, *Mouroãs*, *Riocaldo* in Callaecia; columna alta m. 2.22, ambitus 1.82, litteris altis 0.1 malis, ex parte renovatis.

Capella *milliarios* p. 230 q. v. Miserat etiam Sarmento. Exemplum Argotii in paucis emendatur.

V. 1—2 in fine mutili ab Argotii auctore videntur expleti esse, v. 3 omisit supplere VICTO*ri ac*. V. 5. 6 CONSTA|NTINI. 7. 8 DIVORVM FLAVII CON|STANTI, 9 *di*VI CLAVDII 10 . . . MMPASVS . . . VII ex renovatione imperita.

4848 Extat *no sitio das Mouroãs*, in parte Callaeca viae *do Gerez*; columna alta m. 1.95, diametri 0.53, litteris altis m. 0.08.

Est miliarium M. Antonini Augusti Pii Felicis a. 214 ut n. 4801.

Capella *milliarios* p. 148 q. v.

224 (= 4798) In situ quodam supra *á freguezia de Villela*, *Amares* dicto, iacet ad marginem viae in loco deserto, fragmentum columnae inferius altum m. 1.3, diametri 0.5, litteris altis m. 0.08.

. . . .
C · CALPETANO . . . . .
QVIRINALE · *ualerio*
FESTO · LEG · AVG . . .
A BRACARA
M · P · XIII

Capella *milliarios* p. 105 q. v. et propter locum a Sibelo indicatum eundem putat atque n. 4798, in quo ille vix litteras duas dispexit. Nisi forte potius est n. 4799, ut observavit etiam Capella, qui olim plenior fuisse potest. Tituli Titi Domitianique similes extant in regionibus illis non pauci.

225 *No sitio de Lampaças*, *Balança*, *Terras de Bouro*; fragmentum columnae altum m. 1.28, diametri 0.75, litteris altis 0.12.

/// INVIC
P · M · T · P
A BR // XV

Capella *milliarios* p. 247 q. v. et omnino diversam dicit a n. 4800, quae ibidem dicitur extitisse. Fuit fortasse Cari aut Carini, ut n. 4785 al.

226 *No sitio do ribeiro de Cabaninhas*, *Terras de Bouro*, *Geira*; columna alta m. 2.5, diametri 0.5, litteris altis 0.1.

IMP · CAES · G
MES · Q · TRA*iano*
DECIO · INVIC*to*
P · F · AVG · PONT
MAX · TRIB · POT
PROCOS · IIII
COS · II · P · P · A BR*ac* p. C. 250
M · P · XVII

Capella *milliarios* p. 184 q. v. et supplevit.

227 *No sitio do ribeirinho de Cabaninhas*, columna alta m. 2.6, ambitus 2.3, litteris altis m. 0.1, bene conservatis.

IMP · CAES
M · AVR · CARO
P·F·INVICTO
AVG · P · M ·T· P·
COS · II · P · P — p. C. 283
. . . .

Capella *milliarios* p. 198 q. v.

---

228 (= 4803) *Extat no sitio dos Lagêdos, freguezia de Chorense, Terras de Bouro*; columna alta m. 1.4, ambitus 1.82, litteris altis m. 0.08.

*i*MP · *ti*TO CAESARE
DIVI VESPASIANI F
VESPASIANO AVG
PONT · MAX · TRIB · POT
$\overline{\text{VIIII}}$ · IMP · $\overline{\text{XV}}$ · P · P · COS
$\overline{\text{VIII}}$ · CAES DIVI VES
PASIAN F ////////////////////// — p. C. 80
COS · $\overline{\text{VII}}$ VIA NOVA
G · CALPETANO · RANTIO
QVIRINALE · VALERIO
FESTO · LEG · AVG · PROPR
ABRAC · M · P · XIX

Capella *milliarios* p. 106 q. v.

Quae in exemplo vetustiore supplevimus exemplo hoc novo probantur in lapide esse pleraque, ut consentaneum est.

V. 6 post $\overline{\text{VIII}}$ locum non esse *et* particulae affirmat Capella. V. 8 loco non solito *via nova* vocabula in lapide sunt; lacunam indicaverat exemplum vetustum. Puncta non ubique observavit Capella.

---

229 (= 4806) Extat *no sitio da Hervosa, Chamoim, Terras de Bouro, estrada da Geira*; columna alta m. 1.7, ambitus 2.16, litteris altis 0.11, paene evanidis.

. . . .
. . . .
PF | AVG . . . . . MAX
| . . . POTEST · $\overline{\text{XIIX}}$
| COS $\overline{\text{IIII}}$ . . . . — p. C. 134/135
. BRACAR . . . .
. . XXII

Capella *milliarios* p. 128 q. v.

Exemplum vetustum et interpolatum Hadriani fuisse ut n. 4871 recte

statuit Capella, qui v. 5 numerum III requiri perspexit; sed numerum perspicuum esse ut in n. 4841.

PF litterae ad marginem v. 3 eidem pertinere visae sunt ad titulum imperatoris alicuius recentioris insculpi coeptum, sed non perfectum, in miliario vetusto.

---

230 *No sitio dos Esporões*, *Chamoim* (cf. n. 4806), *Terras de Bouro*; columna, cuius mensurae non indicantur, litteris malis; interiit.

IM CAVIO
IVLIO CONSTA
NTINO A
SS
. . . III

Capella *milliarios* p. 260 q. v. et putat exemplum novicium esse ex vetusto fortasse male expressum, nisi fictum omnino; similiter ut n. 4815. Sed subest omnino titulus genuinus, fortasse male habitus a restitutore.

---

231 (= 4820) Extat *na Volta do Côvo*, *Campo de Gerez*; columna alta m. 1.77, ambitus 1.85, litteris 0.08, partim evanidis.

D · N
VICTO*ri*
AC TRIVM*fa*
TORI · SEM*per* INVI*cto aug*
MAXIMO MAG
NENTIO TE*rra* p. C. 350—353
MARIQVE *victori*

Capella *milliarios* p. 236 q. v., unde emendantur exempla prorsus imperfecta, quae olim exhibui.

V. 4 Capella adnotat exhibere se ea, quae in lapide sibi visus sit distinguere ante multos annos, ignarus tum rei epigraphicae; sed fortasse legendum, quod exigatur, SEM*per* AVG.

---

232 (= 4822) Extat *no sitio do Bico da Geira*, columna alta m. 2.12, ambitus 2.3, litteris 0.1 malis et rudibus.

IMP CAES
M · AVR . . . . . .
CARO . . . . . .
AVG . . . . . . p. C. 283
M · P . . . .

Capella *milliarios* p. 199 q. v.

Argotii exemplum imperfectum quod ut Carini crederem me induxit iam emendatur.

233 (= 4825) Extat ibi, *no sitio da Volta do Côvo*, *Campo de Gerez*, *Terras de Bouro*, *estrada da Geira*, ubi adhuc decem columnae miliariae cernuntur; columna alta m. 2.35, ambitus 2.12, litteris altis 0.1, perspicuis paene omnibus.

IMP · CAESARI
TRAIANO · HADRI*ano*
AVG
PONTIF · MAX
TRIB · POTEST · $\overline{XIIX}$
COS · III · P · P · — p. C. 134/135
A B R A C A R A
M · P · XXXII

Capella *milliarios* p. 130 q. v.
Exempla vetustiora manca et imperfecta inde supplentur et emendantur.

---

234 *Na Volta do Côvo*, columna non magna, alta m. 1.7, ambitus 1.92, litteris altis 0.1, non bonis.

IMP . . . .
MARCI AV . . . .
. . . .
. . . POT · $\overline{III}$ COS////
. . . . R A A V G
M · P · XXXII

Capella *milliarios* p. 250 q. v. et fortasse Cari fuisse iudicavit.

---

235 *No sitio da Albergaria á Ponte Feia*, fragmentum columnae altum m. 0.88, ambitus 1.87, litteris altis 0.1, ex parte evanidis.

d N · GAL · *v*AL
*m*XIMIAN . . . .
INVICTO · NOBI
LISSIMO · CES — p. C. 304/305
ARI

Capella *milliarios* p. 216 q. v. et miratus est ab Argotii auctore omissum esse. V. 1 D · N, non IMP fuisse, v. 4 in Caesaris vocabulo deesse A litteram, nisi cum E littera conexa fuerit, idem adnotat.

236 (= 4838) Extat ibi, *na Portella do Homem*, *fronteira do Gerez*; columna alta m. 1.66, ambitus 1.9, litteris altis m. 0.08, intactis.

IMP · TITO · CAESARE · DIVI
VESP · F · VESPASIANO AVG
PONT · MAX · TRIB · POT $\overline{IX}$
IMP · $\overline{XV}$ · P · P · COS · $\overline{VIII}$
CAESARE · DIVI · VESP · F
////////// · COS · VII p. C. 80
C CALPETANO · RANTIO
QVIRINALE · VALERIO
FESTO · LEG · AVG · PRO PR
VIA · NOVA · ABRAC
M · P · XXXIIII

Capella *milliarios* p. 107 q. v. seque affirmat in punctis vel ponendis vel omittendis, item in lineis, quae numeris superpositae sunt, lapidem ubique expressisse; titulum enim perspicuum esse et optime servatum.

V. 5 in. aut 4 extr. *et* nunquam fuit; ut in praecedente n. 228 = 4803.

V. 6 Domitiani nomen erasum nulla reliquit vestigia.

---

237 *Na Portella do Homem*, fragmentum columnae altum m. 1.48, ambitus 1.97, litteris altis 0.11, evanidis.

IMP . . . .
. . . . CAESAR
. . . . TES . .
P · P · COS · III
A B R A C A . . .
M · P · XXXI /////

Capella *milliarios* p. 250 q. v. et fortasse Nervae fuisse iudicavit, diversum a n. 4839.

---

238 *Na Portella do Homem*, fragmentum columnae rude. Mensurae non indicantur.

IMP . . . .
MAXI
MO CÆS

Capella *milliarios* p. 250 q. v.

239 *Nas Mouroãs*, in parte Callaeca *de Gerez*, fragmenta duo eiusdem columnae, altae m. 1.92, diametri 0.55, litteris altis 0.14.

IMP CA . . . .
. . .M A R C O
A V R E L I O
. . .
. . . .
M · P · XXX//////

Capella *milliarios* p. 249 q. v. et adnotat pertinere ad m. p. XXXV. Fortasse Carini, ut n. 4829.

240 *Nas Mouroãs*, fragmentum altum m. 0.7.

. . . . . . S D N
MAXIMIN .
. . . .
. . . .
. . . .

Capella *milliarios* p. 249 q. v. et adnotat pertinere ad m. p. XXXV. Fortasse Maximini et Maximi.

241 *Nas Mouroãs*, fragmentum columnae altum m. 0.9, diametri 0.49, litteris altis 0.1.

CAES · C
FORTIS
. . . . .
. . . . .
. . . . .

Capella *milliarios* p. 249 q. v. et adnotat pertinere ad m. p. XXXV.

242. 243 *Nas Mouroãs*, fragmenta duo non eiusdem lapidis, alterum diametri m. 0.65, alterum altum m. 1.3, diametri 0.48.

242 DOMI . . . . . .
DIVI . . . . .

243 . . . . ◊ AVg
. . XXVI

Capella *milliarios* p. 249 q. v. et adnotat pertinere ad m. p. XXXVI.

VI. VIA BRACARA ASTVRICAM QVARTA p. 995.

n. 4869 Extat in via Bracara Tudas in *Prado* vico prope aedes Doctoris Lima, fragmentum altum m. 0.63, imminutum, sed litteris perspicuis, quae nunquam instauratae sunt, altis m. 0.1.

V. 2 F · DI*vi* certa sunt; v. 6 prorsus evanuit.

Capella *milliarios* p. 89 q. v.

4870 Extat ibi, in vico *Bretiandios* (sic Capella pro *Bertiandios* antiquiorum) in horto praedii comitis eiusdem nominis; columna alta m. 2.5, litteris altis m. 0.1, ex parte renovatis.

Capella *milliarios* p. 173 q. v. V. 3 MX · DAC · MAX · SARMTIC, 4 MX 5 extr. PROCOS · ET, 6 MXIMINVS (? sic Capella), 7 MX, 8 MX · S . . M · MX, 9 IVENTVTIS, 12 PONTES TEMPORIS 13 VETVSTATE COLLAP 14 SOS · RESTITVERVNT 16 PR · PR · ÆE (sic Capella) in lapide sunt.

Restituenda ad exemplum n. 4756; quatenus qui restituit mutaverit incertum.

4871 Extat ibi, *no terreiro da casa do Antepaço*, in suburbio ex adverso oppidi *Ponte do Lima* in via Bracara Tudas, columna alta m. 2.2, ambitus 1.98, litteris renovatis.

Capella *milliarios* p. 128 q. v. et adnotat instauratorem puncta aliquot neglexisse, de suo autem addidisse vv. 1—4 extremis. V. 1 TRAIANO in lapide est, errore typothetae supra corruptum in TRAINO.

4872 Extat *no terreiro da casa do Antepaço*, *Ponte do Lima*, via Bracara Tudas; columna alta m. 2.37, ambitus 2.2, litteris instauratis post exemplum ab Alvares de Figueiredo sumptum.

Capella *milliarios* p. 142 q. v. et correxit mendas exempli vetusti, quae non sunt in lapide, v. 1 CAES, PII 2 NEP 7 FEL 14 IMP · III. Est M. Aurelii Antonini Pii Felicis a. 214. Mendas instaurationis noviciae non adscripsi.

4873 Extat *no terreiro da casa do Antepaço*, *Ponte do Lima*, columna alta m. 2.4, ambitus 2.12, litteris imperite instauratis omnibus.

Capella *milliarios* p. 259 q. v. et textum renovatum opposuit vetusto, quem restituit.

4874 Extat *na freguezia da Correlhan*, *Ponte do Lima*, fragmenta duo columnae altae m. 2.6, litteris altis 0.1.

Capella *milliarios* p. 171 q. v. et ex lapide correxit v. 5 PRO 6 AXS 14 CIO LEG. Restituitur facile ad exemplum n. 4756.

4875 Extat Valentiae ad Minium, columna alta m. 2.15, diametri 0.54.

V. 5 extr. punctum est.

Capella *milliarios* p. 98 q. v.

4744. 4745 Huc pertinent miliarii, qui extant *na Aldea das Antas*, *na capella de S. Bartholomeu.*

6225 = 4744 Extat *no alpendre da capella de S. Bartholomeu das Antas*, *Rubiães*, *Coura*; columna alta m. 1.6, ambitus 1.9, litteris 0.1, bonis, non renovatis.

Capella *milliarios* p. 235 q. v. Exemplum eius cum Sarmenti convenit.

6226 Extat *no atrio da capella de S. Bartholomeu das Antas, Rubiães, Coura*; columna alta m. 1.9, litteris altis m. 0.1.

Capella *milliarios* p. 111 q. v. et adnotat, puncta adesse vv. 3. 4. 6, et v. 6 numerum esse XXXVI, non XXXV, ut Sarmento dederat.

6228 Extat una cum n. 6226, fragmentum columnae altum m. 1.53, ambitus 2.23, litteris altis 0.09.

Capella *milliarios* p. 172 q. v. In exemplo, quod Sarmento mihi miserat, excidit v. 3 MAX · SARM · MAX · PONT. Reliqua conveniunt.

244 In via Bracara Tudas, *no logar do Castro, freguezia de Rubiães, Coura*; columna alta m. 1.48, ambitus m. 1.69, litteris bonis, altis m. 0.1.

IMP · CAESAR · DIVI
F · AVG · PONT · MAXI
MVS · IMP · $\overline{XX}$ · CON
SVL · $\overline{XIII}$ · TRIB · POT
XXXIV · PATER · PATRI*ae* p. C. 11/12
A BRAC · XXX

Capella *milliarios* p. 83 qui repperit m. Iulio a. 1894; accepi etiam a Sarmento. Eiusdem anni atque n. 4868, qui ad eandem viam pertinet. Cf. etiam n. 6215 (p. 994).

245 *Rubiães, Coura*, in atrio ecclesiae, reperta ibi a. 1893, pertinet ad viam Bracara Tudas; columna mutata in sarcophagum, alta m. 2.14, diametri 0.63, litteris altis 0.09, intactis.

IMP CAES · DIVI · SE
DIVI MARCI ANT
DIVI ANTONINI
DIVI HADRIANI ABNEP
DIVI TRAIANI
DIVI NERVAE AD
M · AVRELIO A*nt* O
PART · MAX
BRIT · MAX
GERMANIC ·
PONTIFICI · M
TRIB · POT p. C. 214
COS · IIII · P P
A BRACA
. . . . .

Capella *milliarios* p. 143 q. v. et descripsit accurate, affirmans puncta deesse pleraque.

Suppletur nullo negotio ad exemplum tituli n. 4872.

246 *No logar de Crasto* (sive *do Castro*, cf. n. 244), *Rubiães*, *Coura*, *serve de espeque á um parreiral* prope domum Casparis Teixeira, domini loci; columna alta m. 2, ambitus 1.6, litteris 0.09, perspicuis.

D N
VALENTINIANO
VICTORI ·HAC
TRIVMPHA
TORI PERPET*uo*
SEMPER
AVGVSTO

Capella *milliarios* p. 243 q. v.; accepi etiam a Sarmento, cui rescripsi haerendum non esse in *hac* scriptura pro *ac* iam inde a saec. III interdum obvia.

---

247 *No logar de Fonte de Olho*, *S. Martinho*, *Coura*; columna alta m. 1.3, ambitus 1.52, litteris 0.61, paene omnino evanidis.

D N
MAGNO
*mag*NEN*ti*O
. . . . . .
. . . . . .

Capella *milliarios* p. 248 q. v.

---

248 *Na Labruja*, *Ponte do Lima*, *no logar de Espinheiro*, pro pila portae in domo agricolae alicuius; columna alta m. 2, ambitus 1.25, litteris altis 0.1, claris, non renovatis.

. . . . . .
FLAV
STANT . .
FILIO
I · ET · VA . .
. . . .
. . . .
. . . .
. XVI

Capella *milliarios* p. 248 q. v.

Constantii maioris vel Constantis, ut n. 6209 = 4742.

VII. VIAE CONVENTVS CLVNIENSIS p. 997.

249 *Nava de Mena* (*prov. de Burgos*, circa limites provinciarum de *Alava*, *Vizcaya* et *Santandér*), in domo Iosephi Maria Angulo, Tarribae, quod est suburbium Navae. Ibi dicitur repertum esse iuxta angulum viae, quae conducit Valmasedam, et itineris vetusti, quod prope montes *de la Ordunte* ducit per *Lanzas agudas* et *Carranza de las Encartaciones* ad vallem *de Otañes* et aestuarium de *Bruzamar* portumque *de Castro Urdiales* (Flaviobriga). Fragmentum altum est m. 1.15 et eiusdem ambitus.

G MESSIO
NO DECIO
CTO AVG
ESTATIS III — a. 251
OS III P · P

Fita *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 78 descriptum a Francisco de Novales. Non multum distabat n. 4886, quod ibi, *en Santecilla*, extare affirmat Novales.

---

250. 251 *San Esteban de Gormaz* prope Uxamam, in via Clunia Uxamam, chiliom. 3 ab oppido versus orientem, ex adverso pistrini q. d. *el Molino de los Ojos*, rep. a. 1885, columna miliaria bis inscripta. Titulus vetustior, altus m. 0.56, latus 0.58, videtur consulto deletus esse; recentior in columna inversa altus est m. 0.38, latus 0.58.

250
D · N
IMP · cAES...
AVR . . . . .
. . . TO · AVG
P M TRIB P P
COS·PROC... — p. C. 282/285
. . . .

251
D N
FLAVIO VAL
CONSTANTIO — p. C. 294/304
NOBB CAESS *sic*

Descripsi ex ectypis missis a Nicolao Rabal; Fita *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 131 inscriptionem priorem solam acceptam a P. Narcisso Hergueta, et iterum ibid. XXIII 1893 p. 271 ambas ex ectypis.

n. 250 Ectypum paene inutile Fita, qui recte videtur legisse, Caro vel Carino tribuit, probabiliter. n. 251 Ectypum perspicuum; v. 4 clare ita scriptus est, quamquam contra usum, quo litteris finalibus geminatis duo Caesares solent indicari.

252 *San Esteban de Gormaz* prope Uxamam, rep. a. 1885 una cum n. 250. 251; lapidis pars inscripta alta est m. 0.59, lata 0.57, litteris malis, altis circiter m. 0.05.

. . OBI . . .
O . . . . . ERIO
VAL *m*AXSIM
IANO PF INVIC
TO AVG PON̄ MA
X TRIB P P P CONS
V PROCON*s* . . — p. C. 305/6
. . . .

Descripsi ex ectypis missis a Nicolao Rabal; Fita *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 131 acceptam a P. Narcisso Hergueta et iterum XXIII 1893 p. 271 ex ectypis.

Fita initio supplevit [*d. n. n*]*obi*[*lissim*]*o Caes*(*ari*) *Ga*]*lerio* cet.; sed fuit fortasse [*principi f*]*o*[*rtissim*]*o* vel similia. Nam v. 1 in ectypo non distinguitur. V. 2 in. O in ectypo non apparet. Etiam reliqua ex parte vix distinguuntur; sed puto Fitam recte omnino legisse. V. 5 PON tantum distinguo, non PON̄.

Tituli Galerii Valerii Maximiani Augusti sunt rarissimi.

XI. VIAE A CARTHAGINE NOVA EXEVNTES p. 998.

253 *Huelves*, quae est mansio viae ferreae a *Tarancón* ad Concam (*Cuenca*) — olim fortasse Olbiis dicta in itinerariis —, ubi via Romana viam ferream secat (prodierunt ibi antiquitates variae, cf. Madoz v. *Huelves*), in praediis Comitis *de Vigo* reperta est a. 1892 columna miliaria alta m. 1.17, diametri m. 0.61, litteris altis versu 1 m. 0.10, versibus reliquis m. 0.06; academiae historicae Matritensi donavit Comes *de Vigo*.

IMP · NERVA
CAESAR · AVG
TRAIANVS · GERM
PONTIF · MAX · TRIB
POTEST · II · COS · II — p. C. 98/99
P · P · RESTITVIT

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 248 et melius ibidem p. 533.

Similes, sed paullo aliter conceptae sunt inscriptiones miliariorum viae alicuius eodem anno a Traiano factae et restitutae a Castulone versus septentriones (II 4933. 4934). Unde probabile redditur, miliarium hoc pertinuisse ad eiusdem viae partem a Libisosa fortasse per interiora Celtiberiae tendentem versus Bilbilim et Caesaraugustam, hucusque prorsus ignotam.

XIa. VIA INSVLAE BALEARIS MINORIS.

253 a In praedio *Alcaidús* insulae Balearis minoris, cum submoveretur pars viae antiquae, dictae *el camino viejo*, a Magone versus *Alayor* repertus est a. 1892 cippus (*un paralelepipedo bastante regular*) altus m. 1.70, latus 0.70, crassus 0.40; litteris altis m. 0.08, non profundis. Mercadal servat domi *en San Cristóbal.*

IMP · CAES · NER
VA · TRAIANVS
AVG · GER · P · P
REFECI*t* — p. C. 98—102

Franciscus Camps Mercadal *Revista de Menorca* 1896 p. 38, qui observat cippum repertum loco aeque distante a Magone et a Iamone (*Ciudadela*) iam propter pondus grande (*de quince quintales*) non posse aliunde huc portatum esse. Itaque iam non dubitabimus statuere lapidem eodem titulo sed versibus paullo aliter distributis inscriptum et in eadem regione repertum C. II 6003 et ipsum miliarium esse viae Romanae a Magone Iamonem ante Traianum, fortasse iam ab Augusto, conditae et in illius versu ultimo, e quo . . ECIT tantum superest, non [*f*]*ecit* supplendum, sed [*ref*]*ecit.*

INSTRVMENTVM DOMESTICVM.

Multum adhuc abest, ut de monumentis exiguis plerumque, quae sub nomine instrumenti iam solemus comprehendere, plenae et certae ex Hispaniis ad me perveniant indicationes. Quae hic composui pauca sunt casu enotata; quae in oppidis vetustis paene omnibus huius generis continuo proveniunt specimina, praesertim Cordubae Hispali Tarracone, ne enotari quidem solent. Ex Ilici et Sagunto paulo plura proferre licuit, descripta illa accuratissime vel potius depicta a Petro Ibarra, qui fratris defuncti studia antiquaria aequali diligentia persequitur, et a Francisco Chabret.

III. MASSAE PLVMBI p. 1001.

254 1 Carthagine nova, in collegio Quattuor Sanctorum, massa plumbi longa m. 0.38 (pondus non indicatur); in cavo longo m. 0.18 inscriptum est litteris prominentibus saec. puto primi

LAETILI · FERM *caduceus*

Arthurus Engel vidit m. Dec. a. 1893 mihique descriptam misit affirmans *Ferm*, non *Firm*, legi; unde non videtur cogitandum esse de Laetilio Firmo, quamquam nomen gentile sine praenomine minus usitatum est. *Ferm* . . . autem fodinarum nomen est; cf. 6247 3 *M. Rai Rufi [caduceus] Fer.* E fodinis plumbi Carthaginiensibus hanc quoque massam, ut similes II 6247 3. 4, provenisse idem Laetilii nomen probat, quod Carthagine tantum redit (II 3473. 3474. 5929).

---

2 Carthagine nova, rep. in portu, massa plumbi.

P · TVRLLI LABEONI


cycnus

Boletin de la Sociedad Arqueologica Luliana VI 1895 p. 111 nescio unde.

A nemine alio quidquam de massa hac potui resciscere. Cycnus, qui dicitur infra caelatus esse, signum est fodinarum, velut caduceus et delphinus in aliis eiusmodi monumentis. Nomen videtur fuisse TVRELLI, scriptum fortasse TVRƎLLI. Turellii in his regionibus alii inventi sunt (II 3103. 3104). In fine deest S.

I. PONDERA p. 1000.

255 Pallantiae, pondus telae argillaceum, servabat Marianus Carrera; postea aut interiit aut latet. Mensurae et pondus non indicantur.



Fita *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 72 cui e schedis Mariani Carrera descripsit Simón.

Fita legit *Capilia(nus) Roda(ni) s(ervus) fecit.* Possunt etiam alia excogitari, si modo constet de lectione.

Cf. 4962 6.

---

256 Inter epistulas ad comitem *de Lumiares* scriptas, quas nuper emit bibliotheca publica Parisina (v. supra p. 445), una est Petri de Leyva anni 1773, in qua accurate describit trutinam aeneam Romanam repertam eo anno Carthagine nova, adiecta delineatione non admodum bona nec eleganti, sed satis perspicua. Miserat eam etiam Ludovico Iosepho Velazquez marchioni de Valdeflores, antiquario claro (v. C. I. LII p. XXII 70 LXXXII 102), cuius explicatio una cum epistula Leyvae in volumine epistularum Parisino servatur (Morel-Fatio *Rapport* p. 12). Delineatio modulum archetypi servat; Leyva affirmat eam factam esse magna cum cura et omnino convenire cum archetypo, etiam in dentium quos dicit indicatione. Sed ea species, quam p. 482 exprimendam curavimus, ad modulum paulo breviorem redacta est.


Quae infra sequuntur debentur Hultschio, qui a me rogatus trutinae rationem explicavit.

G B fustis cylindricus cum strigibus, in quibus filum lancis putant iacuisse.

A G iugum sive scapus, prope cuius punctum C trutina suspensa fuisse videtur.

D E lammina cum numeris ponderum, cuius in incisuris unum mobile pondus suspensum tantum mercis in lance positae pondus aequabat, quantum notae ponderum singulis incisuris adscriptae significabant, ex. gr. pondus in incisura, cui I nota adscripta est, suspensum aequabat unam pondo libram mercis in lance positae.

P P H H lanx rotunda est diametri m. 0.1377 et habet uncos quattuor, in quibus filum figebatur.




F locum indicat ubi lammina cum brachio coniungitur per trabiculam, quae lamminae infixa est clavis duobus R R.

C locum indicat alterius trabiculae, quae lamminam bracchio iungit, ex eodem aere factae atque lammina ipsa.

Pars postica omnino vacua est.

Figura nostra satis accuratam trutinae, quae statera dicitur[1]), speciem praebet. Omnis metalli massa, quae inter *A* et *B* conspicitur, iugum sive scapum[2]) trutinae repraesentat. Ad prominentiam denti similem *C* vel alio loco inter *C* et *G*, sed eo non multum a



C distante, olim ansa[3]) affixa fuit, unde trutina ita pendebat, ut scapi utraque pars sine ulla frictione sursum deorsum moveri

---

[1]) Vitruv. de archit. ed. Rose et Müller-Strübing X 8, 4. Proxima scriptoris verba sic interpungenda et glossematis *quo* (vs. 21) et *examinatio* (vs. 23) purganda esse videntur: cum enim ansa propius caput, unde lancula pendet, ibi ut centrum est conlocata et aequipondium in alteram partem scapi per puncta vagando longius aut etiam ad extremum perducitur, paulo (*i. e. parvulo*) et inpari pondere amplissimam pensionem parem perficit per scapi librationem.

[2]) Ibid. pag. 253, 21. [3]) Ibid. pag. 253, 19.

posset[1]). Lammina *DE* longiori scapi bracchio affixa olim mobilem ansam vel claviculam gestavit, unde pondus suspensum erat[2]). Haec clavicula cum suo pondere omnibus deinceps incisuris, quae in superiore lamminae margine conspiciuntur, inseri poterat, quae quo propius extremitatem longioris bracchii perducebatur, eo maius pondus lanculae imponendum aequabat[3]).

Haec lancula, cuius adumbrationem p. 482 habes, suspensa fuit a scapi parte ea quae inter *G* et *B* delineata est; sed ex hac figura nihil aut de ratione aut de loco suspensionis colligere licet. Ergo in lammina *DE* illam incisuram quaeramus, in qua normale, ut ita dicam, aequilibrium observari poterat. Perspicuae sunt notae ., :, ⁝, quibus uncia, sextans, quadrans ac reliquae assis partes significantur; deuncem S⁝ sequitur assis nota I, id est una pondo libra. Iam ei incisurae, quae supra hanc notam fuit, mobilem aequipondii claviculam insertam esse putemus: tum lancula, quae ex altero trutinae bracchio suspensa est, mercis cuiusdam particulis eo usque impleatur, donec scapus positionem, quae horizontalis dicitur, habebit. Sic igitur merx, quae est in lancula, unam libram pendere per trutinae positionem atque e nota I, ad quam aequipondium perductum erat, cognoscetur. Iam si forte aequipondium ad proximam sinistrorsum incisuram promoveris, lancula cum ea quam dixi mercis portione sursum evehetur; at vero si tantum oneris addes, ut rursus aequilibrium observetur, habebis in lancula onus unius librae cum uncia. Atque eadem ratione maiora deinceps onera appendere poteris, cum aequipondium sensim sinistrorsum promoveris; sic denique ad summum pondus, quod trutina patietur, id est ad XXXX libras, pervenies. Contra si ab eo loco, qui assis nota insignitus est, dextrorsum progredieris, deuncis, dextantis, porro reliquarum assis partium notas deprehendes et aequipondio reducto deuncem, dextantem aliasque librae particulas usque ad semuncium, quae prope unciam notata esse videtur[4]), appendere poteris.

Sed iam ad normalem aequilibrii positionem redeamus et cum Vitruvio centrum id punctum dicamus, unde trutina suspensa fuit. Ad utramque centri partem longius bracchium et alterum brevius distinguamus. Longius

---

[1]) Friederichs *Berlins ant. Bildwerke* II p. 200 s. Baumeister *Denkmäler des klass. Altertums* III p. 2078 s.

[2]) Friederichs l. c. no. 900. Baumeister l. c.

[3]) Vitruv. l. c.

[4]) Punctis duobus crassioribus et duodeviginti subtilioribus, quae in superiore figura ad dextram partem notae ., id est unciae, conspiciuntur, pondus denotari demonstrat incisura supra haec puncta a fabro facta. At vero iis quos dixi punctorum numeris nulla propria ponderis significatio tribuenda est; immo faber semunciae notam Σ suo arbitrio liberius expressisse videtur. Figura autem punctim adumbrata, quae prope extremitatem lamminae conspicitur, ornandi causa, non ad pondus ullum notandum, adposita esse videtur (nam nulla incisura in superiore margine exstat, neque credibile est eodem aequipondio, quo XXXX librae appendi poterant, etiam minores semuncia particulas librae appensas esse).

bracchium ipsum certo quodam est pondere; accedunt gravitates lamminae, quae affixa est, et claviculae cum aequipondio; iam si harum gravitatum summam computabimus, pondus coniunctum habebimus aequale ponderi alterius bracchii coniuncto cum lancis et mercis lanci impositae gravitatibus (nam ab initio aequilibrii positionem postulavimus). Iam manifestum est, qua de causa faber brevius bracchium in formam cylindro similem eamque crassiorem produxerit: brevioris bracchii gravitatem fere aequalem gravitati longioris bracchii cum lammina sua effecit et quantum spatium ab eo longioris bracchii puncto, infra quod I legitur, usque ad centrum pertinet, tantundem a centro ad illud brevioris bracchii punctum, unde lancula suspensa fuit, esse voluit. Quae nisi providisset, scala incisurarum ac notarum tabula multo angustiores ideoque minus aptae ad quotidianum usum factae essent (haec enim physica ratione facile demonstrantur). Ne multa, longiore usu et experientia faber edoctus esse videtur, quaenam massae aeneae eiusque ponderis per totam trutinam distributio aptissima esset ad notarum tabulam, qua singula mercium in lance positarum pondera indicarentur.

Denique si notas, quae in lammina exstant, lineolis interpositis distinguimus, ut in nostra figura factum est, quadraginta lamminae partes apparent, quarum suam quaeque incisuram in superiore margine suamque oneris in lance appendendi notationem gerit[1]).

Dresdae m. Iunio a. 1896. F. Hultsch.

V. PLVMBO INSCRIPTA p. 1002.

257 Emeritae, in museo, tubus plumbeus.

IMP

Plano (v. supra p. 360) p. 43; inde Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 144.

VIII. TEGVLAE p. 1004.

n. 6252 24 Ilici. Ibarra misit.

258 1 Ilici, litteris grandibus.

· · P CO⟨

Ibarra misit.

---

[1]) Singula spatia fere aequalia delineata sunt; at si quis nostra aetate mechanicus trutinam restituere in animum induxerit, ex ordine semunciae onus, tum unciae, tum reliqua onera usque ad XXXX pondo imponet lanculae et ad unum quodque onus convenientem aequipondii locum in longiore bracchio adnotabit. Quo facto etiam strigum, quae in breviore sunt bracchio, ratio demonstrari poterit; nam ponderum in lammina notationem ad unum lanculae suspendendae locum aptam fuisse vix est veri simile: at si primum in aliqua strige, quae propius *G*, tum in alia,

2 Ilici.

L · HERENN

Ibarra misit.

---

3 Prope Saguntum ad ripam fluvii *Palancia* circa oram maritimam in parietinis villae rusticae Romanae cum amphoris et vasculis variis reperta est tegula grandis, cui impressum est litteris altis m. 0.02

| C L V P R I | | M L V C HE N |

Franciscus Chabret misit m. Sept. a. 1892 a se descriptam.

Fortasse *C. Lu(cretii) Pri(mi), M. Lucien(i)* sive *M. Lu(cretii) Cil . .* vel *Cel . .*; aut *C. Lu(cretii) Prim(i) Lucien(i)*.

---

4 Salaciae (*Alcacer do Sal*), in tegula grandi.

MENO|
SOFRO| .

I. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* I 1895 p. 85 s.

Fortasse *Meno[fili]* | *Sofro[nii]*.

---

5 *Mucientes, prov. de Valladolid, dos leguas al norte de la ciudad*, in sepulcris Romanis rep. est fragmentum tegulae altum et latum m. 0.23, cui inscriptum est in cavo alto m. 0.03 $\times$ 0.18

SREMFO

Fita *bol. de la Acad.* XXIII 1893 p. 462 cui misit Ios. Sanchez Sarabia.

Fita legit sinistrorsum *of. Mers(ii?)* et confert *of. Merc(atoris)* n. 6257 119. Sed potest significare *S(exti) Rem(mii) Fo[rtis]* vel similia; nam videtur integra esse.

---

6 Palmae in insula Baleari maiore, in necropoli *de la Alqueria Blanca* dicta *Sa Cova de Sa Madona*, tegula, cui inscriptum est in cavo

T · SEX

Boletin de la Sociedad arqueologica Luliana V 1894 p. 219, 16.

---

quae propius *B* est, vel etiam in tribus deinceps quattuorve strigibus catellae, e quibus lancula pendebat, inserebantur, facilius maiora et minora mercium pondera accommodari poterant ad notarum in lammina dispositionem.

7 Ilici, in tegulis duabus, circulo scripta.

\INEI · DF/

|I · DEFICI/

[*T*]*inei Defici*[*entis?*]

Ibarra misit.

---

8 (= 6252 9) Ossonobae (*Milreu, Estoi*; cf. C. II p. 782) rep., iam *Faro* in museo, tegulae parvae (0.14 ad 0.18 × 0.067 ad 0.075, crassae 0.047 ad 0.055), in quarum una caprae imago graphio delineata est; tituli circulo scripti sunt.

a OVERFRONTINIANI

b . . . . FRONTINIANI

A dos Santos Rocha *o Archeologo Português* I 1895 p. 206.

Fortasse *o*(*fficina*) aut *Q*(*uinti*) *Ver*(*anii*) *Frontiniani.*

Sunt exempla paulo diversa a n. 6252 9, quod indidem provenit, inscriptum VER FRONTINIANI.

---

9 Ilici, non est tegula, sed pars parietis ex gypso facta; litteris grandibus.

L VOCONI


CATINI

Ibarra misit.

---

259 (= 4967, 36 = Inscr. Hisp. Christ. 197) *Los Arroyos de Puente Genil*, tegulae duae.

a servat Emmanuel Perez de Siles. *b* servabat Augustinus Perez de Siles.



SALVO IMPERIO

A ☧ Ω

FELIX ASELLA

Berlanga misit m. Aprili a. 1895; *b* periit aut latet.

Salvo imperio sive *e*[*mperio*] formula pro nota *salvis dd. nn.* hic primum, nisi fallor, in Hispania occurrit.

IX. AMPHORAE cet.

A. AMPHORAE p. 1009.

n. 6254 2 Emmanuel Periz Valentin d. 1 m. Maii a. 1778 comiti de Lumiares scripsit (Morel-Fatio *Rapport* p. 10; v. supra p. 445) in amphoris tribus (*tinajas*), quarum argilla crassa sit digitos tres (*tres dedos*), inscriptum esse

a b CPMOΓ / ENOYC *c* PMOΓ / NOYC

Descripsi ex epistula Emmanuelis Periz. Lege Ἑρμογένους.

260 1 *Monzón*, rep. ad ecclesiam *de Nuestra Señora de la Alegria*, in ansa amphorae.

APOLONI . . .

Pano *bol. de la Acad.* XXVII 1895 p. 235.

---

2 Sagunti, in catino albo sive pelvi, in margine (*en un borde de vasija blanca*).

M · CIMONI

Chabret misit.

---

3 Sagunti, in catino albo, in fundo.

HNX

In eodem fundo extra scariphatum circulo

DOMNI
O Δ M

Chabret misit. Non intellego.

---

4 Sagunti, *borde do tinaja*. SANV Chabret misit.

---

5 Ilici, litteris magnis. SEPTIM Ibarra misit.

B. LVCERNAE p. 1012.

4969 41 *Villafranca de los Barros*. Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 57, 24.

6256 4 Ilici. Ibarra descripsit.

22 *Villafranca de los Barros*. Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 57, 24.

33 Ilici. Ibarra misit.

39 Hispali, apud Franciscum Caballero Infante. Fita ib. p. 160, 147.

6526 22 *Villafranca de los Barros*. Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1895 p. 535.

261 1 Ilici. A Ibarra misit. Cf. 6256 1.

2 Ilici.

k e λ
C̊ ɛ̥̀ I

Ibarra misit.

3 Ilici. CASO Ibarra misit.

4 *Villafranca de los Barros.*

GA

Fita *bol. de la Acad.* XXV 1894 p. 57, 23.

5 Ilici.

C IV MAR

Ibarra misit. *C. Iu(lii) Mar(celli)?*

6 Palmae in insula Baleari maiore, in museo societatis archaeologicae Lullianae.

L MADI . . . C

Bol. de la Sociedad arqueologica Luliana VI 1896 p. 228.

7 Ilici

LVP

Ibarra misit. Cf. 4969 32 *Lupati.*

C. VASCVLA VARIA p. 1014.

Ilicitana haec et Saguntina maximam partem eam habent utilitatem, ut augeant numerum vasculorum eorum, quae per oppida Hispaniae maiora fere omnia aequabiliter in usu fuisse apparet. Omisi incerta, quamquam illa quoque accuratissime Ibarra delineavit. Quaedam putavit inscripta esse litteris Ibericis; non recte puto. Sed obscurae sunt significationis nec typis apte possunt repraesentari. Saguntina pleraque convenire cum Tarraconensibus consentaneum est. Hispali pauca quaedam apud Arizam descripsit Arthurus Engel.

4970 6 *a* Sagunti. Chabret misit.
26 Ilici. Ibarra misit.
38 *Cabeza del Griego.* Fita *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 142.
43 Ilici. Ibarra misit.
51 (exempla duo) Ilici. Ibarra misit. 51 *e* Sagunti. Chabret misit.
60 Ilici. Ibarra misit.
63 *Cabeza del Griego.* Fita *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 142.

4970 85 (exempla duo diversa). Ilici. Ibarra misit.
86 *Cabeza del Griego.* Fita *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 142.
104. 107*b*. 114*b* Sagunti. Chabret misit.
116 (exempla duo diversa) 119 Ilici. Ibarra misit.
124*d*. 125*e*. 139*a*. 145*a* Sagunti. Chabret misit. 145*c* Ilici. Ibarra misit.
153. 154 Ilici. Ibarra misit. 154*c f h*. 156*e* Sagunti. Chabret misit.
178. 187. 196. 211. 214. 234. 243. 245. 272. 277. 281. 284. 334 (exempla duo diversa). 355. 373. 376. 404 (exempla duo diversa). 421. 422. 423 (exempla duo diversa 421—423). 426. 430 (exempla duo diversa). 436 (exempla quinque diversa). 450 (exempla duo diversa). 463. 483 Ilici. Ibarra misit.
490 *Cabeza del Griego.* Ilici. Fita *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 142. Ibarra misit.
519. 559. 562. 568. 569 Ilici. Ibarra misit.
6257 33. 113. 119. 155. 160 (exempla duo diversa). 169. 173. 179 Ilici. Ibarra misit.
213 *Cabeza del Griego.* Ilici. Fita *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 142. Ibarra misit.
221 Ilici. Ibarra misit.

---

262 1 Ilici.

CN · AE

Ibarra misit. Cf. 4970 53 *p*.

---

2 Ilici.

OFITAE

Ibarra misit. *ofi(cina) T. Ae(li)?*

---

3 Sagunti. ΛI · V · IO Chabret misit.

---

4 Ilici.

MONVS

Ibarra misit. Cf. 4970 332 *Moni.*

---

5 Ilici, in operculo, infra

SEX CONEL PRIMVS
NNI

Ibarra misit. Cf. 4970 26.

---

6 Rep. *no Minho*, in fundo externo.

ANNONA

I. Leite de Vasconcellos misit a. 1892 a se descriptam.

262 7 Emeritae, in museo.

o APO VITAL ·

Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 535.

---

8 Ilici. OF · ARI Ibarra misit.

---

9 Ilici. ARRONIS Ibarra misit.

---

10 Ilici. SEX · ARVI Ibarra misit.

---

11 Saganti.

C R Ƨ
CN · Æ

Chabret misit. *Cr(e)s(tus) Cn. Atei,* cf. 4970 55.

---

12 Ilici. ATVSA · FEC · Ibarra misit.

---

13 Sagunti. AVL
SCP Chabret misit.

---

14 Ilici. M · BI Ibarra misit.

---

15 Emeritae, in museo.

OF BRITO

Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 535.

---

16 Ilici. OF BA Ibarra misit.

---

17 Ilici. *a* C FELI |XX
b C · FELI · Ibarra misit.

---

18 Ilici. N C M Ibarra misit.

---

19 Ilici. CACATE
TIT·INL Ibarra misit.

---

20 Sagunti. CCAL · P F Chabret misit.

---

21 Sagunti.

/ CALVSF

Chabret misit. Cf. 6257 35.

262 22 Ilici. OF SEX · CANI Ibarra misit.

23 Sagunti. OF · CARA Chabret misit.

24 Sagunti.

CASTVIA

Chabret misit. Cf. 6257 40.

25 Hispali servat Ariza.

ARINI

Cagnat *bull. des antiq. de France* 1892 p. 149 n. 64. Cf. 4970 121 OF · CARINI.

26 *a b* *Cabeza del Griego.* *b* Sagunti.

a CELADVS

b OF · CELADI

a b Fita *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 142; *b* Chabret misit.

27 Ilici.

CELER
DASIN

Ibarra misit. *Celer Rasini?*

28 Sagunti.

CENNA

Chabret misit. Cf. 6257 45.

29 Sagunti. CHOO Chabret misit.

30 Ilici. OF CL IV Ibarra misit.

31 Ilici. CoCIA Ibarra misit.

32 Sagunti. COCVS Chabret misit.

33 Ilici. COLON Ibarra misit.

34 Sagunti.

F I R M
P · COR

Chabret misit. Cf. 6257 52.

262 35 Ilici. COS · RVF Ibarra misit.

36 Ilici. COSI Ibarra misit.

37 Saguntí. L · COSI *intra foliola* Chabret misit.

38 Sagunti. COSIVS · IVLA Chabret misit.

39 Ilici. CO'L'T Ibarra misit.

40 Sagunti.

RISPIM

Chabret misit. [*C*]*rispi ma*(*nu*)?

41 Ilici. OF CVN
OI' CVN sive OII CVM? Ibarra misit.

42 Sagunti. CVRMF Chabret misit.

43 Cabeza del Griego *a* Ilici *b c*

a cVRTI
b C · CVRTI
c C · CVRT

a Fita *bol. de la Acad.* XXI 1892 p. 142 *b c* Ibarra misit.

44 Ilici. GD Ibarra misit.

45 Ilici. O DINI Ibarra misit.

46 Sagunti.

IROZ

Chabret misit. Cf. 4970 173 EROS *Eros*?

47 Ilici. CFT Ibarra misit.

48 *Carquere, Beira alta.*

O G F PAT

I. Leite de Vasconcellos misit.

262 49 Sagunti.

GERMI in parte externa inter folia et ornamenta

Chabret misit.

---

50 Sagunti.

ERAZT
HERTO

Chabret misit. *Erastus Hertorii*? Cf. 4970 228.

---

51 Ilici, in circulo scripta FELICIO · F · Ibarra misit.

---

52 Hispali servat Ariza, litteris cursivis.

IANVA

Cagnat *bull. des antiq. de France* 1892 p. 149 n. 6, 1; descr. Engel. Cf. 4970 233 *a*.

---

53 Sagunti. OF · IBI Chabret misit.

---

54 Sagunti.

OF · ICEN

Chabret misit. *Of(icina) I(n)gen(ui)*? Cf. 4970 240 *b*.

---

55 Sagunti. IFNAX Chabret misit.

---

56 Ilici.

a IVI
b I · I · V · I
c I MI I

Ibarra misit. Composui, sed possunt diversae esse.

---

57 Sagunti. IMCIM Chabret misit.

---

58 Ilici, *in solea.* SEX M CL Ibarra misit.

---

59 Ilici. MCFN Ibarra misit.

---

60 Ilici.

C · MT

Ibarra misit. Cf. C · MA 4970 285.

262 61 Sagunti.

IVRI :

Chabret misit. [*Ma*]*turi?* Cf. 4970 310.

62 Sagunti. MERN in parte externa inter folia Chabret misit.

63 Ilici. MERCATO Ibarra misit.

64 Ilici.

S · MI

Ibarra misit. Cf. S ME 4970 313.

65 Ilici.

MVRR

Ibarra misit. Cf. MVRR 4970 334 *f*.

66 Ilici OF · MVS Ibarra misit.

67 Ilici, in trifolio. I Z X *L. N. . X. .* Ibarra misit.

68 Ilici. ИИΛИ *Nani?* Ibarra misit.

69 Ilici, in solea. IOM Ibarra misit.

70 Ilici. L · OCTAVI Ibarra misit.

71 *Almendralejo.*

PET PRO OFI in margine ⅁ΛF

Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 535.

Titulus marginis non est Ibericus, ut putabant, sed AF cum serto.

72 Ilici. OF · POLI Ibarra misit.

73 Ilici. PRIMIFE Ibarra misit.

74 Ilici. OF · PVSSIИ Ibarra misit.

75 Ilici. QVINTANIM Ibarra misit.

76 Ilici. ROSCI· Ibarra misit.

262 77 Sagunti. litteris scariphatis extra in vasculo nigro

RVF

Chabret misit.

---

78 Sagunti.

OFCSA

Chabret misit. *Of(icina) C. Sa(llustii?)*.

---

79 Hispali servat Ariza.

SCAPV · LA

Cagnat *bull. des antiq. de France* 1892 p. 150 n. 6, 6.

---

80 Ilici. OF · SCOTT Ibarra misit.

---

81 Hispali servat Ariza.

OF · SEM · PA

Cagnat *bull. des antiq. de France* 1892 p. 149 n. 6, 5. Cf. 4970 465.

---

82 Ilici. SILVINIO Ibarra misit.

---

83 Ilici.

STATIL
CAMS\ Ibarra misit.

---

84 Ilici, in trifolio.

F L
·
T Ibarra misit.

---

85 Ilici. F · TIT Ibarra misit.

---

86 Ilici. OF TR MSCV Ibarra misit.

---

87 *a* Emeritae, in museo; *b* Hispali servat Ariza.

OFVAPA

a Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 535; *b* Cagnat *bull. des antiq. de France* 1892 p. 149 n. 6, 2; descr. Engel. Cf. 4970 537.

---

88 Ilici.

- M -
VALER
palmae ramus

Ibarra misit.

---

89 Hispali servat Ariza.

OVETIOCV

Cagnat *bull. des antiq. de France* 1892 p. 149 n. 6, 4; descr. Engel.

262 90 Ilici, in trifolio. IV · ⊳ O ƨ · Lege *Vivos*. Ibarra misit.

91 Ilici. OFI · C · VIRN Ibarra misit.

92 Ilici. C · VLPI C Ibarra misit.

93 Ilici.

VMBRI
CIORVM


Ibarra misit. Cf. 4970 562.

94 Ilici. C · VOL pone scariphatum TOR Ibarra misit.

95 Ilici. VRTIO Ibarra misit.

96 Ilici, in solea. XIII Ibarra misit.

97 *Alicante*, in patella rubra, rep. a. 1892 in effossionibus *de Benalúa*, in fundo externo, scariphatum.



R. Chabas *Archivo* VI 1892 p. 258; M. Rico ibidem VII 1893 p. 74.

Scribendi exercitatio videtur esse, in qua litterae repetuntur, quas non intellego. De origine Romana ne dubites.

AVCTARIVM.

Quae dum imprimitur supplementum monumenta nova accesserunt eodem ordine subiunxi, quem supra secutus sum, praeter Iberica, quae in fine addidi extra ordinem.

LVSITANIA.

CONVENTVS PACENSIS.

I. OSSONOBA supra p. 354.

n. 1 Iam est in museo municipali urbis *Figueira da Foz*, ut nuper mihi scripsit I. Leite de Vasconcellos.

263. 264. 265 *Faro*, in museo, cippi tres reperti in coemeterio Romano prope *Marim* (cf. n. 5145 ss.).

a altus m. 0.90, latus 0.64, crassus 0.10

D · M · S ·	D · M · S ·
DOM · VIXIT	HERENNIANVS
ANNIS XX · M · II	VIXIT ANNIS
	XXV · M · III
H · S · E	/// · S · E · S · T · T · L

b altus m. 0.94, latus 0.61, crassus 0.10

D · M · S ·
C.....OS IVLIANVS
VX ANNIS · XV ·
MENS · VII · D · X
III EREXIT · B ·
MERENTIS
I · M ·

c altus m. 0.72, latus 0.53, crassus 0.10

D · M · S ·
P · IVLIANVS VIX ·
ANS · XVI · M · V ·
S · T · T · L

I. M. Pereira Boto canonicus *o Archeologo Português* II 1896 p. 27.

a Hereniana est II 5149. *b* V. 2 vix recte lectus. V. 5—8 si recte legitur *erexit b(ene) merentis[s]im[o]* desideratur nomen eius qui erexit.

V. SALACIA supra p. 355.

n. 3 Extat in museo Salaciensi, teste I. Leite de Vasconcellos.

VII. PAX IVLIA supra p. 357.

n. 86 Cf. *o Archeologo Português* I 1895 p. 155. Ita

D · M · S
L // λ M A
X X X V
I · CT · LAE · S

I. Leite de Vasconcellos nuper misit a se descriptam; sed lectio nondum ad liquidum perducta est.

104 Cf. *o Archeologo Português* I 1895 p. 321.

6 (supra p. 357). Exemplum paullo emendatius I. Leite de Vasconcellos nuper sumpsit *o Archeologo Português* I 1895 p. 321. Deesse testatur puncta versibus 1. 2. 3. 6 extremis, adesse in reliquis; praeterea v. 6 AER//// — ut E in lacuna interierit —, v. 9 INPENSAM in lapide esse.

266 Pace, rep. a. 1894 in fundamentis palatii *dos Infantes*, lapis calcarius male habitus.

D IVLIO D F GAL
SAT*ur*NINO
PVBLICA *l*IB*e*RTA

I. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* II 1896 p. 81 qui supplevit.

V. 3 *Publica liberta* certo supplendum esse affirmat Leite; Publicae ancillae nomen sane insolens est.

---

267 Pace, in museo *na sala de Gomez Palmas*, rep. a. 1885 in praedio *do Carrascalão*.

IVLIAE C F
MAXIMAE
C///AXIMVS
*m*ATRI

I. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* II 1896 p. 80, qui adnotat v. 3 in. C litteram non satis certam, quae sequatur certo M esse. Puncta non enotavit. Fortasse *C(ornelius) Maximus.*

268 Pace, in museo, una cum n. 267, litteris ex parte evanidis.

. . . . .
PRLI..V
SVIC*sit*A
NS LXXV
FRATER
POSVIT

I. Leite de Vasconcellos *o Archeologo Português* II 1896 p. 80 qui adnotat v. 1 fortasse scriptum fuisse D · M · S et v. 2 in. post R sequi E litteram, tum hastam, inter quam et V finalem deficere litteras duas non amplius. Non supplevit; potest fuisse *Preditus* vel *Prebitus* (pro *praeditus praebitus*), quamquam vocabula haec fuisse pro cognominibus probare nequeo.

CONVENTVS SCALLABITANVS supra p. 359.

XIII. OLISIPO supra p. 359.

n. 206 (= 5219). 207 Iam extant in museo Olisiponensi, ut mihi scripsit I. Leite de Vasconcellos.

CONVENTVS EMERITENSIS.

XXI. AVGVSTA EMERITA supra p. 360.

n. 523 (supra p. 362). Ectypum misit Fita. Litterae sunt optimae saec. II; v. 2 clare legitur CLOVTINE *Cloutine*, non *Cloutiane*.

541 (supra ibidem). Ectypum misit Fita; lapis iam extat in *Almendralejo* oppido apud Antonium Martinez. Litterae sunt saec. II pictis similes, altae a m. 0.03 ad 0.015. Quae olim proposui emendationes ectypo confirmantur omnes.

37 (supra p. 369). Ectypum misit Fita.

269 Emeritae rep., servabat Ariza Hispali.

D ❧ M ❧ S ❧
AIATIO APR///
COMEANIXX
AIATIA · EVRO
DICE PATRI
FEC ❧

Cagnat *bull. des antiq. de France* 1892 p. 148 n. 3, cui dedit Engel.

V. 2 Aiatii nominis rari exemplum extat Bononiae C. XI 743. Deinde legendum *A*[*b*]*rocome*, pro *Abrocomae*, v. 3 [*L*]XX. *Eurodice* pro Eurydice defenditur similibus, veluti στύραξ *storax*.

270 Emeritae, basis parva, alta m. 0.42, lata 0.25, litteris saec. II, altis m. 0.025.

d m
MODESTIA · PRI
MVLA · ANN ·
XLVII · H · S · E · S · T · T · L
5 MODESTIVS ·
CORINTVS · FI*l*
MATRI · BENE ME*r*
ENTI · PIENTISSIME
F · C

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 526.

Caput basis deest, unde versum primum interiisse probabile est.

V. 6 C prima non satis dilucida est; tamen CORINTVS pro *Corinthus* probabile, ut legit etiam Fita. In fine versus FI in ectypo dispicio; Fita legit EME, *Emeritensis*; quod non video.

---

271 Emeritae, tabella marmorea, rep. in puteo quodam extra urbem, alta et lata m. 0.28, litteris saec. II bonis et minio pictis, altis m. 0.03 ad 0.025.

D · M · S
SEMPRO
NIE · MARTE
AN · XXV · H · S · E
5 S · T · T · L · SEMP · FIR
MVS · VXO · K · FEC

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui accepit a Marchione de Salud et edidit *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 429.

XXVII. CAPERA supra p. 378.

n. 79a (p. 379). Ectypum misit Fita; litterae sunt saec. ut puto I rudes et inaequales, altae a m. 0.05 ad 0.03. V. 2 extr. punctum clare apparet, v. 3 in. CL legendum videtur; ut fuerit *Ti.* (*Cl*)*audii Epaprhoditi.* V. 4 in. R non satis certa est, in ectypo similior est A litterae. Etiamsi *Ser*... legendum, iam patet non posse cogitari de *ser*(*vo*). Latet potius patria, *Ser*(*pensis*)? — cf. II p. 124 — aut *Sea*(*rensis*) pro *Siarensis*; v. II p. 842, ubi nummos oppidi eius memoravi *Searo* inscriptos.

BAETICA.

CONVENTVS HISPALENSIS.

II. ILLIPVLA supra p. 380.

n. 80 Adnotare supra oblitus sum me ipsum titulum hunc inter christianos Hispaniae, sed propter Cari fidem sublestam inter suspectos collocavisse Inscr. Hisp. Christ. n. 13* (p. 94).

VI. OPPIDA BAETVRIAE supra p. 384.

Ad n. 5354 (p. 385). Ectypum, quod supra indicavi, nuper accepi a Fita. Unde illud apparet, quod conieceram, adesse ubique puncta omissa ab editore priore; deinde v. 4 extr. clare legitur, quod restitui, GAL. Reliqua conveniunt; caput autem Sileni in ectypo accurate delineatum est, e cuius bucca olim aqua fontis profluebat.

XVIII. ITALICA supra p. 388.

n. 6282 Extat Hispali in Athenaeo; ab Arthuro Engel descriptam ed. Cagnat *bull. des antiq. de France* 1892 p. 148, 1.

92 (p. 388). Ab Engelio descriptam ed. Cagnat *bull. des antiq. de France* 1892 p. 148, 2.

272 Italicae, fragmentum tabulae marmoreae rep. una cum n. 274.

*decr*ETO ORDIN*is*
D

Petrus Paris professor Burdigalensis misit acceptam a Sanchez Rodriguez.

273 Hispali apud Marcon; sed apparet Italicensem esse propter munus militare. Inde monumenta omnia Hispalim asportari notum est.

D · M · S
C · AEMILIO
MAXIMO · AE
MIL · DONATV*s*
BF ET IVL · MA
XIMA FIL FEC

Cagnat *bull. des antiq. de France* 1892 p. 150, qui accepit ab Engelio.

274 Italicae, in basi quadrata, rep. a. 1896 cum protomis viri et mulieris operis rudis in effossionibus institutis a Sanchez Rodriguez a laeva viae Hispali Italicam, ubi intratur in *Santiponce* vicum, litteris altis m. 0.05.

C VETTIVS
AEGANTVS

P. Paris descripsit mihique misit m. Iunio a. 1896.

275 Italicae servat custos amphitheatri.

VIX
VS · LI
S · T · T ·

P. Paris descripsit mihique misit.

XXVI. HASTA REGIA p. 843.

276 Hastae (*Jerez de la Frontera*), rep. in praedio dicto *la Penula*, cippus parvus litteris aevi labentis.

D · M · S
V A L E R I A
PVELLA · C · S
ANN · XXVII
M · VI · H · S · E
S · T · T · LEVIS

Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 527 acceptam a Iosepho Quiñones et Augustino Gomez; ectypum nondum obtinuit. *C*(*ara*) *s*(*uis*) formula in illis regionibus sollemnis est.

CONVENTVS ASTIGITANVS.

I. *ARCOS DE LA FRONTERA* (LAELIA?) p. 847.

277 *Espera*, prope *las Cabezas de San Juan*, pars inferior basis lapideae, lata m. 0.45, alta 0.17, litteris sive liberae rei publicae sive aetatis Augustae ineuntis elegantibus, altis m. 0.04. Infra nihil apparet deesse.

l . s c r i b o n i o
L · F · LIBONI · PRO
Q · PRO · PR · APSENTI

Descripsi ex ectypo quod misit Fita.

Lectio certa est; v. 2 patris nomen L in ectypo satis clare perspicitur. V. 3 extr. T minor et I apparent; pone I spatium nullam litteram amplius patitur.

Legendum [*L. Scribonio*] *L. f. Liboni*, *pro q*(*uaestore*) *pro pr*(*aetore*) *apsenti*. Libones alii praeter Scribonios hac aetate quantum video nulli noti sunt; de Iuliis enim Liviis Poeteliis nimis vetustis cogitari nequit. Probabile est indicari aut L. Scribonium L. f. Libonem, postea consulem a. 720/34 a. Chr., aut consulem cognominem a. 769/16 p. Chr. Litterarum vero vetustas non obstat quo minus cogitetur de antiquiore. Iuvenis hic *pro quaestore* fuit in provincia ulteriore *pro praetore apsenti*; id quod non memini me ita perscriptum legisse in alia inscriptione. De re cf. Mommsen *Staatsrecht* I[3] p. 683.

Titulus hic cuinam oppido sane non exiguo adscribendus sit incertum est; *las Cabezas de San Juan* vicum contribuimus cum Nabrissa (II p. 174), *Espera* propior est *Bornos* et *Arcos* oppidis; sed etiam Hasta colonia non distat nimis (p. 843).

IV. CARMO supra p. 390.

Ad n. 5422. Edidit etiam Frossard *bull. des antiq. de France* 1887 p. 182 a Bonsor Carmonensi acceptam.

VI. VRSO p. 851. 1038.

Ad n. 6284 (p. 1038). Edidit etiam Cagnat *bull. des antiq. de France* 1892 p. 149, 4 acceptam ab Arthuro Engel.

CONVENTVS GADITANVS.

I. GADES supra p. 392.

n. 1868 Edidit etiam de Laigue *bull. des antiq. de France* 1893 p. 182.
102 (p. 393) Ed. de Laigue *bull. des antiq. de France* 1893 p. 182.

278 Gadibus, rep. extra urbem in praedio *del Rulo*.

M · AVR · CASTOR · VIX
ANN · XVI · M · V · D · XII
PATER · ET · MATER
FILIO · KARISSIMO
B · M · P · IN · S////////T · L ·

A. Héron de Villefosse *bull. des antiq. de France* 1892 p. 87 cui ectypum dederat Vera.

XI*a*. BAEGA supra p. 393.

n. 103 (supra) Edidit nuper cum docto commentario Berlanga in ephemeride *Revista critica* I 1896 N. 7 (*Iunio*).

TARRACONENSIS.

CONVENTVS BRACARAVGVSTANVS.

I. OPPIDA CONVENTVS BRACARAVGVSTANI VARIA supra p. 397.

279 *Farelaẽs, concelho de Barcellos.*



Sarmento misit descriptam ab amicis imperfecte; ectypum nondum obtinui. Videtur indicari magistratus aliquis [*provinciae A*]*chai*[*a*]*e* . . . [*tr*]*ib*(*unus*) *milit*(*um*) . . . . De [*curatore*] *rei p*(*ublicae*) . . . ., [*curatori r*]*ei p*(*ublicae*) *Mil*[*e*]*v*[*itanae*] Hirschfeldius cogitavit. Exemplum melius expectandum.

III. BRACARA AVGVSTA supra p. 401.

n. 2411 Extat in domo Candidi Mariae Martins, *rua nova d' El Rei*, basis alta m. 0.60, lata 0.40, litteris altis 0.07. Denuo investigavit Bellino.

2412 Extat ibidem. V. 1 SÆ|NCTO pro SA|NCTO in lapide esse affirmat Bellino, qui denuo investigavit. Quod si ita est aut erravit lapicida aut litterae renovatae sunt imperite.

2449 Extat loco antiquo; lapis altus est m. 0.43, latus 0.52, litterae altae 0.06. Bellino, qui denuo investigavit, descripsit prorsus aequaliter atque auctor Argotii. Tamen puto pro v. 3 CI ɞ AECILENI et v. 4 pro CE ɞ | THEODODORO (sic) legendum esse CL, *Cl*(*audiae*) *Aecileni* et *Cl*(*audio*) *Theodoro*. Fortasse litterae renovatae sunt imperite.

280 Bracarae, leugam unam ab urbe in praedio quodam rep. a. 1896, ara rotunda alta m. 1.11, pars inscripta alta m. 0.52, diametri supra m. 1.75, infra 1.91; litteris altis m. 0.05, optimis, intactis.

IMP · CAESARI · DIVI · F · AVG
PONT · MAX · TRIB · POT · XXI — a. 751/52 = 3/2 a. Chr.
SACRVM
BRACARAVGVSTANI
PAVLLI · FABI · MAXSIMI · LEG · PRO · PR ·
NATALI · DEDICATA · EST

Albanus Bellino qui invenit d. 13 m. Maii huius anni, eodem die a se descriptam accurate, postea commentario illustratam Pereira Caldas misit.

Legatus Callaeciae et Asturiae, de qua dioecesi dixi C. II S. p. LXXXVI, iam notus est ex titulo Lucensi n. 2581. Cum consulatus eius incidat in a. 743/11, fortasse multos annos post legationem, qua solebant praetores fungi, nescio qua de causa natali eius, non imperatoris, ara imperatori dedicata est. Non enim puto legatum eum consularem provinciae citerioris fuisse, cum magistratuum illorum ex hac aetate monumenta in Callaecia nulla reperta sint. Aetas tituli eo definitur accuratius, quod Augustus patris patriae nomine, delato ei d. 5. m. Febr. a. 752/2 a. Chr., caret; ut observavit Hirschfeldius. Cognomen hic *Maxsimus* scriptum in altero titulo scribitur *Maxumus*, inconstantia in talibus consueta. Similes videntur fuisse *tres arae Sestianae Augusti nomine sacrae* vel *Augusto dicatae* Melae III 13 et Plinii IV 111, a L. Sestio consule a. 731/23 vel in memoriam eius fortasse positae. Cf. etiam II 2703.

---

281 Bracarae, cippus altus m. 0.78, latus 0.25, litteris saec. II altis m. 0.04.

D M S
ATTICIE
PRIMITI
VE ANoL
SALVTA
RIS · COIV
GI BENE
MEREN
TI · FC

Sarmento et Bellino miserunt descriptam accurate. V. 4 utrum *ano(rum)* dare voluerit qui sculpsit an *an(orum)* cum puncto rotundo non satis liquet; *o* illa admodum parva est.

---

282 Bracarae, extra urbem *na quinta de Portas*, collocata infra n. 2449, lapis altus m. 0.30, latus 0.42, litteris saec. II altis m. 0.06.

TVLLIA · L
L · TALANT
EA · HASS
NMIT //////

Sarmento misit descriptam ab Albano Bellino, qui affirmat v. 3 post H apparere A litterae vestigia, non E, et deinde duarum S.

V. 2 Ταλαντεία potest nomen Graecum esse. Quae sequuntur nondum explicata sunt.

CONVENTVS LVCENSIS.

I. OPPIDA VALLIS MINII p. 904.

283 *Santa Maria de Tribes* inter *Orense* et *Ponferrada* Callaeciae, rep. a. 1894 in praedio *Souto do Padrón* Iohannis Gomez Nuñez, cippus altus m. 0.72, latus 0.48, litteris bonis saec. I exeuntis.

POPILLIVS HI
RSVTVS · FLAV NE
NDIECI F LNCI
Q DOMO VA
COECI AN XXXII
H S E

Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 522 descriptam a Ioh. Gomez Nuñez, qui affirmat lectionem certam esse punctaque omnia deficere.

V. 4 in. utrum Q an C legendum non satis apparet.

Legendum *Popillius Hirsutus Flav(i) Neandieci* — aut *Flavine Andieci*? — *f(ilius) Lanciq(um) domo Vacoeci an(norum) XXXII h. s. e.*

Matris nomen — *Flavine* pro *Flavinae* — indicari quamquam insolens est, tamen fieri potuit ut certa de causa indicaretur contra usum. *Neandiecus* cognomen patris aut *Andiecus* avi materni peregrinum, cum filius duo nomina Romana gereret, mihi novum est; adsunt *Andaitia Andergus Andotus* et multa in *aecus ecus* desinentia. De Lancia hac Lusitana dixi ad II 760. 5261. Vacoecorum gentis populive nomen item novum est.

CONVENTVS ASTVRVM.

IV. ASTVRES TRANSMONTANI p. 919.

In Asturiae regione maritima maxime versus occidentem sita, *concejos de El Franco* et *Tapia*, unde nondum quicquam prodiit titulorum inscriptorum, nuper detectae sunt inscriptiones sex Ibericae, ex parte in viva rupe, in cippis rudibus aliae. Accepi imagines photographas et delineationes factas cum cura a Marcellino Fernandez, professore in instituto Tapiensi, mihique missas officiose a Ioachimo Costa amico Matritensi. Dum ectypa expecto, quae typis vix exprimi poterunt — similes enim sunt ex parte titulis Ibericis ex Lusitania meridionali (MLI n. LXII—LXXV) —, iuvat hic brevem mentionem fecisse monumentorum admodum memorabilium, quae quot eius generis fortasse adhuc lateant in septentrionalibus paeninsulae regionibus videntur indicare.

CONVENTVS CLVNIENSIS.

VIII. AVGVSTOBRIGA supra p. 419.

284 Augustobrigae, rep. a. 1896 ad locum dictum *la Cerrada*, iuxta viam Romanam m. 1500 ab oppido versus occidentem, cippus altus m. 2.

G · CAECILIVS
COLISI · F · OBIT
CALAGORRA
AN · XXXIIX
ATTA · SOROR
F · C

Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 524 acceptam ab amicis Soriensibus, a quibus tamen ectypum nondum obtinere potuit.

Calagurris videtur indicari Nasica, Calagurra scripta in itin. Anton. p. 393, 1, neque raro Calagorris dicta, ut in titulis II 2959. 4245. Colisi nomen novum est.

XI. OPPIDA CIRCA *BVRGOS* SITA supra p. 423.

n. 2916 *a—d* *Comillas*, in museo marchionis eius nominis, servantur exempla duo terminorum, qui prodierunt in regione circa *Reynosa* oppidum.

e TER · AVGVST
DIVIDIT · PRAT
LEG · IIII · ET · AGR
VM · IVLIOBRIG

f TER · AVGVST · DIVI
DIT · PRAT · LEG · IIII · ET
AGRVM · IVLIOBRIG

E. L. Dodgson descripsit.

Exempla in vv. divisione ab editis differunt, qui et ipsi in versibus dividendis variant.

---

285 *Comillas*, in museo marchionis eius nominis.

❦ M P ❦
CADVS · PEDAC
CIANVS · PENTO
VIO
A V C I C V N
A M I C O S V O
FALMICI FILIO
AN · XXX

E. S. Dodgson descripsit mihique misit; ectypum nondum accepi.

V. 1 *M(onumentum) p(ositum)*, ut *d(is) m(anibus) m(onumentum) pos(itum)* II 5705. 5742 cf. 5738, *pos(itum) m(onumentum)* 5752 cf. 5731. V. 2

Cadus nomen redit n. 5248. 5761. V. 3 *Pentovius* nomen novum, cum *Pentus* et *Pentilus* componendum. V. 5 *Aucigun* vel *Aucicun* admonet *Aucieicu* et ipsius gentis nominis in titulo Caesarobrigensi n. 5321, neque vero eiusdem gentis putandum. V. 7 de *Falmici* dubito, cum *f* littera a lingua Iberica absit; fuit fortasse *Ealmici* aut *Talmici.*

---

286. 287 *Comillas*, in museo, arulae duae.

286 D O M
V R S S
C V S
V·S·L·M

287 VR
SM
VS



E. S. Dodgson misit a se descriptas imperfecte.

V. 1 fuit fortasse I · O · M et v. 2 VRSI|CVS.

CONVENTVS CAESARAVGVSTANVS.

I. POMPAELO p. 936.

288 Pompaelone, rep. m. Octobri a. 1895 in fundamentis aedium viae *de la Navarreria*, cippus altus m. 1.44, latus 0.80, crassus 0.26, litteris saeculi ut videntur secundi, altis m. 0.06 ex parte perquam evanidis, cum lapis in tres partes diruptus sit.

rosa
astrum
⌐ *luna* ¬
rosa *rosa*

SIXIıı . VS · SI . . . .
ANTONI · AN . . . . .
SERENV . . . . .
STR/ . . . . SORoR
H S S ·
FESTA · ET RVST . . .
HE D S F . .

Ioh. Iturralde *boletin de la Comision de monumentos históricos y artisticos de Navarra* I 1895 p. 221—223 cum imagine photographa et Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 519, cui praeter imaginem photographam etiam ectypum praesto fuit.

Lectionem litterarum earum quae supersunt satis certam esse, vv. 5 et 7 puncta deesse pleraque idem affirmat. Secundum imaginem photographam fieri potest ut initio versus integer interierit.

V. 1 SIXTILIVS Fita; potius crediderim *S*[*e*]*xtillus.* Deinde *Si*[*lo Al*]| *antoni*(*ensis*) Fita supplevit cogitans de *Alantone*, quae fuit mansio itineris

inter Suessatium et Pompaelonem (itin. Anton. p. 455, 5 Ravenn. p. 318, 4 *Alantune*). Fuit fortasse *Silonis Antoni*, cognomine anteposito; ut Sextillus servus fuerit Antonii Silonis. Reliqua Fitae supplementa *an*[*n*(*orum*)...] | *Serenu*[*s frater et*] *Stra*[*tonice* — sive *Stratylla* — *soror h. s. s. Festa et Rust*[*ica* sive *Rusticus*] *he*(*redes*) *d. s. f.* [*c.*] probabilia sunt.

CONVENTVS TARRACONENSIS.

XXIV. ILICI supra p. 444.

Petrus Paris professor Burdigalensis in itinere archaeologico Hispano in *Elche* oppido apud marchionem *de Bosch* vidit arulam Proxumarum Nemausensem C. XII 3122; quae qua ratione e Francogallia huc pervenerit ignoramus. Praeterea idem exemplum misit tituli, quem infra edo, postquam ectypum accepi a Petro Ibarra, qui invenit.

289 Ilici rep. a Petro Ibarra a. 1896 in situ oppidi antiqui, tabella e marmore rubro parva (m. 0.09 × 0.07), undique fracta, quam servat Ibarra; scripta est litteris elegantibus (A hanc habet formam A) saec., ut videntur, II vel III, altis m. 0.01.

RA HONORIFICI
ONOS OMNES TAMC
-NDA EST SICVT IAI
ARES OTENT PRO

Descripsi ex ectypo misso a Petro Ibarra; Petrus Paris misit a se descriptam. Supplevi exempli gratia ita, quamquam, cum undique fracta sit, de longitudine versuum non constat.

V. 1 poteris etiam supplere *honorifice*[*ntiora*] cum Hirschfeldio.

V. 3 extr. hasta litterae apparet, quae potest M fuisse; nam M in hoc titulo scribitur hastis duobus rectis, non obliquis, ut solent.

V. 4 OTENT, quod legebatur, fortasse pro OPENT a lapicida male sculptum. Sed melius SOLENT legemus cum Hirschfeldio, quamquam L incerta est. Unde supplevit. Apex ante A potest S litterae fuisse.

. . . *plu*]*ra honorifici*[*s verbis* . . .
. . *in b*]*onos omnes tamq*[*uam* . .
. . *dic*]*enda est sicut iam* [*dixi* . .
a Cae]*sare so*[*l*]*ent pro* [. . . . .

Fortasse particula orationis funebris; cf. C. II 6102.

CONVENTVS CARTHAGINIENSIS.

INSVLAE BALIARES supra p. 445.

INSVLA BALIARIS MINOR p. 963.

n. 5592—6000 Titulos ad *Calascovas* vivae rupi inscriptas nuper denuo visitavit Gabriel Llabrés amicus olim Palmensis nunc Magontanus et in locum novem numero, quos adhuc novimus, duodeviginti olim fuisse detexit. Collocationem titulorum delineavit curiose, textum singulorum cum descriptorum anteriorum contulit neque vero adhuc exempla nanctus est tam perfecta, quam curis iteratis aliquando mihi mittere posse confidit. Unde hoc loco memorasse sufficiat.

XIII. BARCINO supra p. 451.

290 Barcinone, in museo provinciali, arula ex lapide calcario alta m. 0.25, litteris altis 0.015.

QVINTIO
IOVI·VO
SO · LIB

Petrus Paris misit a se descriptam m. Iunio a. 1896.

XIII. EMPORIAE p. 988.

291—293 Emporiis, tabellae marmoreae parvae, *a* alta m. 0.17, lata 0.27; *b* rupta in partes duas, alta m. 0.10, lata 0.14; *c* alta m. 0.12, lata 0.15. Litterae altae sunt in *a* m. 0.025, in *b* et *c* 0.015. Gerundae servat Font.

a

ΘΕΣΠΙ
ΑΡΙΣΤΟΛΕΟΥ
ΜΑΣΣΑΛΙΗΤΑ
ΧΑΙΡΕ

b

ΗΝΥΣΑΠΟ
ΑΜΕΝ
ΙΕΚΑΙ

c

ΡΙ
ΝΔΕΦΕ
ΟΣ ΓΕΝΟΜ
ΑΜΕΝΠΟ

Descripsi ex ectypis, quae misit Raimundus Font presbyter Gerundensis.

Lectio omnino certa est; litterae tituli *a* mihi visae sunt aetatis fere Sullanae esse, saeculi ante Chr. n. primi Dittenbergero, qui *b* et *c* fortasse paullo vetustiores esse iudicavit.

a Θέσπι Ἀριστολέου Μασσαλιῆτα χαῖρε

Propter Thespidis nomen notum damnabit hunc titulum, qui titulum alterum Emporitanum damnavit a me 'de fraude securo' editum (C. II 4623), in quo Democritus aliquis Sostrati nominatur, a philosopho claro Hegesistrati filio tam diversus quam a poeta tragico Thespis hic Massiliensis (Insc. Graecae Ital. et Sicil. n. 377*). De Ἀριστολέου nominis forma — memorata video Ἀριστόλας et Ἀριστόλεως — viderint nominum et dialectorum Graeciae periti. Μασσαλιήτης pro Μασσαλιώτης ethnici forma e Polybio nota est.

b c Frustra supplere temptaverunt Koehlerus et Dittenbergerus rei epigraphicae Graecae peritissimi, quos consului.

VIAE PVBLICAE.

PARS TERTIA.

VIAE TARRACONENSIS.

II. MILIARII BRACARAE SERVATI supra p. 456 ss.

294 *Panoias*, quod est suburbium Bracarae, pro pede crucis. Super titulum Tiberii inscriptus est postea alter Valentiniani et Valentis.

DD · NN · VALENTINIANO *G*
ET · VALENTI · FORT *S · AVG ·*
ISSIMIS · PRINCI
C. 364/378 PIBVS · SEMP · AVGVSTIS *IMP ·*
VIII · CONSVL · V · TRIB · PO p. C. 32/33
TEST · XXXI V · BRACARAVG ·
IIII

Albanus Bellino, qui invenit, descripsit mihique statim misit observans tituli antiquioris litteras quamvis consulto deletas adhuc legi, praeterquam ubi teguntur recentioribus.

VI. VIA BRACARA ASTVRICAM ALTERA.

n. 6215 V. MAX · IMP, non MAXIMO, in lapide esse affirmat Pinheiro *estudo da estrada militar de Braga a Astorga* (1896) p. 69 (v. infra n. 300)

VIAE CONVENTVS CLVNIENSIS p. 997.

295 Augustobrigae, rep. a. 1896 in loco dicto *la Cerrada* (una cum n. 284) columna longa *dos varas y media.*

TI · CAESAR · DIVI · AVG · F
DIVI · IVLI · N · AVGVSTVS
PONTIFEX · MAX · TRIB
POT · XXXV · IMP · VIII — a. 32/34
COS · V
TVRIASONE
M · XXII

Fita *bol. de la Acad.* XXVIII 1896 p. 524 descriptam ab amicis Soriensibus; ectypum nondum obtinuit.

Pertinet ad viam Turiasone Cluniam per Augustobrigam Numantiam Uxamam, de qua dixi supra Saavedram secutus. Is a Turiasone Augustobrigam m. p. fuisse repperit XVIII; miliarium hoc cum m. 1.500 versus occidentem ab oppido humi iacens repertum sit, numeri prope conveniunt.

INSCRIPTIONES IBERICAE.

296 (= MLI n. XVIII) titulus Ibericus in *Cretas* Aragoniae oppido denuo comparuit:

ᛟΛᛣᴎϟⱠΛX◁

Fita *bol. de la Acad.* XXVII 1895 p. 492 cum tab. ita ut dedi legit in ectypo sibi misso, quod ego non vidi. Cui si fides est, legendum videtur:

klunseldr

Primum elementum exhibetur ita in tabula ⚲; non potest igitur ♀ fuisse, sed potius ᛟ (v. MLI p. LI). Quartum in tabula hoc est ᴎ̍; sed puto lineolam in capite adiectam casu ortam esse et ᴎ significari. Reliqua elementa certo leguntur. Cluniae oppidi vel Clunii hominis nomen videtur indicari.

297 Aurgi (*Jaen*, supra p. 441) in collectione antiquitatum García y García, extat patella argentea (*un petit bassin d'argent*), in qua scariphata est inscriptio Iberica.

Engel *Rapport* p. 40 (supra p. 380) memorat, sed non adscripsit.

MLI n. LVIII. Lammina plumbea Gadorensis in ipsis academiae Matritensis collectionibus, ubi ego frustra quaesiveram, denuo comparuit.

Dederat academiae a. 1862 Antonius Gonzalez Gachin, repertam in fodinis *Barranco del Rey* provinciae *de Almeria*.


Fita *bol. de la Acad.* XXVI 1895 p. 492 cum tabula.

Textus a Zobelio perite, quamvis non eleganter descriptus prorsus convenit cum archetypo; unde non repetivi.

Ad titulos ex ipsa Hispania provenientes visum est adiungere titulum Ibericum externae originis; nam quod facile fieri potuit, scilicet ut e portuum Hispanorum inter Valentiam et Tarraconem Barcinonemve sitorum uno asportatus sit, fortasse pro saburra (cf. adnotata ad n. 3585 supra p. 444), id ipsius lapidis natura videtur exclusum esse. Hector enim Pais, rei epigraphicae Sardae peritissimus, sciscitanti mihi scripsit lapidem sibi visum esse certo originis Sardae. Sed etiamsi ex ipsa Sardinia prodiit, linguae Ibericae usus minime probat Sardos origine Iberos fuisse aut Iberos olim habitasse in Sardinia. Ut pateram Urvinensem homo Iberus in Italiam secum tulisse putandus est (MLI n. XLII), ut Catinae in Sicilia homo Iberus alius in vasculo Graeco inscripsit vocabulum Ibericum ad sepulcrum spectans (MLI n. XLIIa), ita Caralibus mercennarius aliquis Iberus in exercitu sive Punico sive Romano deo alicui patrio aram vel defuncto alicui conterraneo cippum sepulcralem ponere potuit. Tamen memorabile est monumentum hoc primum lingua Iberica inscriptum, quod e Sardinia prodiit.

---

298 Caralibus in Sardinia (*Cagliari*), columella e lapide calcario, qualis solet ibi adhiberi, sine ornamentis, reperta ibi in horto botanico vetere, ubi est gasometrum; servatur nunc in museo. Facies columnae inscripta alta est m. 0.55, lata 0.35; litterae altae sunt m. 0.07, profunde incisae. Lapis olim inverse collocatus supra et infra mutilus est.



Descripsi ex ectypo sumpto a. 1891 ab Hectore Pais professore Pisano, qui misit exemplum accurate descriptum Eliae Lattes professori Mediolaniensi utpote linguae Etruscae aliarumque perquam gnaro et postea mihi. Ibericam esse inscriptionem perspexit Claudius Giacomino professor et ipse Mediolaniensis, qui descripsit ectypum accuratissime et facile impetravit ut mihi mitteretur. Litterae omnes certae sunt.

V. 1 periit; pedes tantum litterarum quattuor puto aegre dispiciuntur.

V. 2 elementum tertium formas habet angulatas ♀, rotundas ultimum v. 2 ♀; sed formae illae et alibi iuxta reperiuntur (MLI p. XL). Elementum ultimum ш pede caret (Ψ), ut in patera Segoviensi (MLI n. XXXIV, cf. p. XLVIII).

V. 3 elementum tertium H *h* clare discernitur; similis H est in lammina Gadorensi n. LVIII, H fortasse in inscriptione Lusitana n. LXVIII; cf. MLI p. XXXVIII.

V. 4 elementum alterum ⋈ *q* minus latum est quam solet esse alibi (v. MLI p. LII), veluti in nummis Obulconensibus (n. 120 7 10 15) et in Castulonensi (n. 118*g*).

V. 5 cum X et ◁ litterae, ambo *d* significantes, nondum iuxta repertae sint in eodem titulo, ut dixi MLI p. XLVII, hic primum ambo comparent iuxta adhibitae. Unde ◁ hic pro *du* videtur accipienda esse, ut alibi Δ et Δ.

Itaque legendum: . . . . | *s e r t* | *n ś h r* | *e q s e* | *a d du d* | . . . .

Ab interpretatione hic ut alibi omnino abstinendum; nisi quod *sert* vocabulum nolim referatur ad Sertorium. Ad v. 3 *nśhr* confero *nskd* tituli Saguntini n. XXXI*b*. Ad v. 4 *eqse* confero *eqths* nummorum Obulconensium n. 120 6. V. 4 *adu* est in titulo Tarraconensi bilingui n. VII, *adunia* in lammina Castellonensi n. XXII (2 15—19).

Litterarum formae in universum similes sunt eis, quas habent monumenta vetustiora orae Hispanicae orientalis; ut expectaveris. Etiam quod quaternae singulis versibus aequabiliter dispositae sunt vetustatem accusat.

---

299 Massae grandes ex aere tres, servatae in museo Caralitano, in quibus extant litterae hae profunde incisae post fusionem

a ᛘ   *b* Γ   *c* ∓

Hector Pais, qui memoravit tertiam (*c*) *Bullett. archeologico Sardo* ser. II vol. I 1884 p. 149, mihi misit a se descriptas et litteras fortasse Ibericas esse adnotavit.

In *a* est *m* certo Iberica, in *b* potest *l* esse, utraque ex Hispaniae citerioris monumentis satis nota. Quod in *c* est signum, littera Iberica non est, nisi duo Ψ vel ш *t* coniunctae indicantur. In aerifodinis Sardis operas fuisse originis Iberae facile credemus.

Dum finem impono duplici huic additamentorum seriei, quae continet inscriptiones Hispanas novas numero CCCXXV — nam succrescente continuo materia supra necessario numeri multi saepius bis, interdum quater adhibendi erant —, ecce denuo affertur liber recens editus, qui ad vias Callaeciae Romanas spectat (supra p. 452 ss.), missus mihi officiose a scriptore Iosepho Henriques Pinheiro, Bragantino quondam nunc Portuensi, et inscriptus ita

Estudo da Estrada Militar Romana de Braga a Astorga, em que são determinadas todas as estações da referida via por José Henriques Pinheiro, Profesor do Lyceu Nacional de Bragança cet. *Porto* 1896 (pp. 132) 8.

Scriptor agit de via Bracara Aquas Flavias (supra p. 461) et de rebus quibusdam aliis, quas enumerare longum est, augetque ex parte ea, quae iam observaverat P. Martins Capella. Praeter miliarios aliasque inscriptiones mihi iam notas titulum unum tantum profert ineditum sepulcralem, qui inserendus fuisset supra post n. 282.

CONVENTVS BRACARAVGVSTANVS.

VI. *BRAGANÇA* p. 903.

300 *Sacoias* prope *Bragança*, servatur in loco *Baçal*, in domo quadam sita in parte oppidi superiore; cippus e lapide granite cylindri forma altus m. 1.10, diametri 0.25.

OV // VS
L // CI F
AN XXV
S · T · L

Pinheiro *estudo da estrada militar de Braga a Astorga* (Porto 1896) p. 69. V. 1 vix puto fuisse *Ov*[*i*]*us* aut [*Q*]*u*[*iet*]*us L*[*u*]*ci f.*, sed potius latere nomina peregrina.

AEM. HÜBNER.

Plus quam biennium transiit, postquam supplementum hoc alterum inscriptionum Hispanarum impressum et exemplis aliquot seorsum editis ad amicos eos transmissum est, qui in componendo illo me adiuverant. Dum imprimitur accessit auctarium (n. 263—300); cum iam tempus instaret, ut octavum hoc Ephemeridis epigraphicae volumen in publicum emitteretur, nova interim inscriptionum messis succrevit. Tituli numero circiter CC per hoc biennium ab amicis mihi submissi sunt ex omnibus fere paeninsulae regionibus. Id enim nunc demum consecutus sum adhortationibus continuis et epistularum commercio nunquam interrupto, ut paene nihil ibi inveniretur, de quo certior non fierem. Sed sunt in numero illo tituli complures, quorum textum nondum proponere licet quantum fieri potest emendatum. Veluti exempli causa illorum, qui in rupe viva ad oram insulae Baliaris minoris insculpti extant (C. II p. 963). Novi eius generis interim detecti sunt ibidem; item sepulcrales vetusti prope oppidum, quod Guiuntanum fuisse credo in insula Baliari maiore (supra p. 445). Accesserunt etiam Iberici novi, ex Lusitania meridionali, ex Callaecia, unde nulli adhuc innotuerunt, ex Baetica, ex Celtiberia, quos omnes supplemento proprio ad Monumenta linguae Ibericae addendo comprehendere in animo est. Sed quam omnes expectamus desiderio magno bilinguis vera nondum comparuit. Reliqui maximam partem quidem sepulcrales sunt simplices, ut exspectaveris, et quamquam non sine pretio, propter formulas et nomina peregrina quae continent, tamen non tanti momenti, ut necessarium crederem omnes denuo in seriem geographicam redactos hic adicere. Selegi autem quindecim maioris aliquanto pretii, quos infra adieci, ne diu in schedis meis laterent. Adieci praeterea adnotationes paucas ad titulos supra in hoc volumine editos, quas aut exempla meliora interim submissa aut amicorum observationes aut considerationes iteratae exigere visae sunt.

Berolini mense Martio a. MDCCCXCVIII.

Aemilivs Hübner.

Ad p. 367 n. 30 Buechelerus observavit *auserit* accipiendum esse pro *hauserit*, ut annos haurire idem sit atque vivere. Quod si verum est, quo modo finem tituli expediam non habeo.

p. 400 n. 111*a* Melius exemplum Sarmento misit mense Februario a. 1898 verba non mutantur, mutatur versuum divisio, quae haec est TVTELAE TIRI|ENSI POMPEI | CLITVS cet. Est ara alta m. 0.77, lata 0.40, litteris altis m. 0.45 ad 0.55, iam inlata museo Vimaranensi.

p. 403 n. 116 In adnotatione ad v. 1 corrige errorem typothetae: supra *versus* potest excidisse.

p. 409 n. 131 Similiter in adnotatione lege: *terminos* Augustales.

p. 413 n. 141 Buechelerus hanc proposuit lectionem: *b*(*ona*) *k*(*aduca M.* | *Graci Iuc*[*undi*] | *aest*(*imata*) *X* (*denariis*) *III* (*tribus milibus*)|; [*fo*]*enus exs c*(*entum*) *as*; | *b*(*ona*) *k*(*aduca*) *Sex*(*ti*) | *Graci Iuc*[*undi*] . . .; probabiliter. Quomodo haec explicanda, videant alii.

p. 414 n. 142 In lapide Eduardus S. Dodgson mense Maio a. 1897 vidit versum quartum V·S, quem ectypum non exhibebat.

p. 418 ad n. 147. 148 *Stenio* nomen viri adest C. III 2351 = S. 14239.

p. 423 ad n. 159 Ectypum paulo minus imperfectum accepi ab Eduardo Dodgson, sed et ipsum minime satisfacit. In illo ita leguntur

V. 2 ƆOḂI//////// /ṘḂIA

V. 4 \RATONIS·VAL, litterae tres ultimae satis evanidae et incertae sunt,

V. 5 ᑭOLECENSIVM, initio P litterae pars superior distinguitur et ante eam spatium est litterae uni sufficiens.

Lectio igitur haec fere est: *Cabuniaegino Doidi*[*na*] *Utridia pro salute* [*A*]*ratonis* — sive [*D*]*uratonis* - *Val*|[*i*]*polecensium l*(*ibens*) *m*(*erito*).

Sed nondum solutae sunt dubitationes omnes. Cabuniaeginus deus admonet aliquo modo Cabruagenigorum gentilitatis Asturum C. II 2633.

p. 427 n. 168 Imaginem photographam optimam a Frederico Baraibar accepi mense Martio a. 1898. Lapis elegantissime ornatus est; supra est rosa magna, infra minor et patellae duae ansatae — unde quaeritur num rosae illae tam frequentes in monumentis sepulcralibus Hispanis et ipsae pro pateris potius habendae sint —, cingunt marginem vites duae magnae foliis et uvis ornatae, quae ex amphoris exeunt. Litterae sunt saeculi I optimae, perspicuae. V. 7 clare legitur, quod dedit Baraibar: F·R·M·S·F, puncto inter F et R adiecto propter aequabilitatem. Estne *fr*(*ater*) *M*(*arco*) *s*(*uo*) *f*(*ecit*)? Nam appellatur defunctus M. Sempronius Fuscus. Sempronii illius regionis ad Ti. Sempronium Gracchum referendi sunt.

p. 430 n. 175 *Obarra*, sita illa inter Cinca et *Esera* fluvios confluentes ad illius ripam dextram, ab *la Puebla de Castro* oppido, cui respondet Labitolosa vetus, sita est versus septentriones ad *Isábena* fluvii ripam sinistram; ut mihi observavit Ioachim Costa amicus locorum illorum perquam gnarus, utpote patriae suae.

p. 447 n. 198 In cacabulo Tarraconensi non NVNTIVS ∘ MAIOR inscriptum est, sed, ut superficie purgata et litteris accurate inspectis clare apparuit, NVNTIVS ∘ IVNIOR; ut animadvertit Berlanga. Unde mihi videtur *vernaclus* ille *nuntius iunior* vix posse intellegi de cacabulo ipso. Reliqua de titulo a me observata non mutantur. Inter suspecta numeratur tintinnabulum Vercellense C. V 1087* Tridini (*Trino*) servatum, cui inscripta sunt vocabula *tintinabulum* | *magno sacerdoti* et adiecta signa sacerdotii nota patera aspergillus capeduncula lucerna culter lituus; fortasse non damnandum.


p. 448 n. 198 Vocabula tituli obscura LEIVS · MARIS orta sunt fortasse inde, quod in exemplo scriptum erat SA *cerdoti* | ROMÆ · ET · AV*gusti* | T · EIVS · MATRIS; ut indicaretur Faustina divi Marci.

p. 506 n. 283 Iam extat in museo Auriensi; accepi imaginem photographam optimam Fitae missam a Benedicto F. Alonso, in qua vv. 2—5 clare sic leguntur FLAVI VE|NDIECI F · LNCI|Ͻ DOMO VA|COECI, idest *Flavii Veandieci f(ilius) Lancic(um) domo Vacoeci.* Observa Ͻ inversam in fine vocabuli; nisi Q fuit, nam litterae videntur renovatae esse tempore recentiore.

p. 507 n. 285 Est II 6338*k*; in ectypo ab Eduardo Dodgson misso clare legitur v. 5 AVLGIGVN, ut dedi 6338*k*, et v. 7 FALMICI · aut EALMICI · FILIO — non E AMIO FILIO —, ut dedi n. 285. Unde nunc demum de lectione constat.

p. 508 n. 286 Est II 6296.

p. 510 n. 293*a* Edita est postea a Raimundo Font in ephemeride *Revista de la Asociación artistico-arqueológica Barcelonesa* vol. I (Barcinone 1896) p. 209 cum imagine. Idem misit fragmentum inscriptum novum, quod cum *c* coniungendum est:



Tamen praeter Ἐνπο[ρ]ίτην versus ultimi vocabulum reliqua nondum intellego.

---

301 (inserenda supra p. 359 post n. 13).

S. Thomas *das Lamas*, qui vicus est in antiquo concilio *do Cadaval* provinciae Extremadurae Portugalensis, ara rep. a. 1896 ex lapide calcario, supra fastigiata cum volutis duabus, litteris altis m. 0.01 ad 0.02, scalpro

deletis tempore recentiore in versibus prioribus quattuor vel quinque; sed etiam reliquae evanidae sunt, partim paene deletae umore. Servatur in museo Olisiponensi.

CI · PRONEPOTI · DIVI · NER
.... NEPOTI · T · FL · FLAV · TRV
.. OB · PER C · IVLIVM · TAVRV
///I · M · MALLONIVM · MARCIO
. EM · NVM · PL/ ETC I....M · N..
/VM ET M IVL · TAVRVM

Descripsi summa cum difficultate ex ectypis multis mihi submissis a Iosepho Leite de Vasconcellos; Leite lectionem meam contulit cum lapide accuratissime. Inde edidi in ephemeride eius *o Archeologo Português* III 1897 p. 161 cum commentario pleno.

In commentario rettuli de singulis litteris et lectionis inventae probabilitatem defendi; tamen non pauca incerta manent. Hic apposui variam lectionem potiorem.

2 FEL · FLAV legi potest pro T · FL · FLAV; cogitavi de oppidi nomine *Fel(ices) Flav(ienses) Trutob(rigenses)*; expectaveris MVN*icipes* vel CIV*es*.

In fine IRV legitur, quod TRV esse potest, non BRV; unde non potest cogitari de Brutobriga.

3 in. .. OB certae sunt; desunt litterae una vel duae. Nomen oppidi fuisse potest *Tru[t]ob[riga]* vel *Tru[tae]ob[riga]*, et ipsum breviatum insolenter. Lectio vel interpretatio alia probabilior non suppetit.

In fine versus IAVRV legitur, quod Leite magis putat LAVRV fuisse quam TAVRV; tamen hoc praetuli propter versum 6.

4 in. M litterae linea ultima distinguitur.

5 in. /LM litterarum trium vestigia dispicio; unde supplevi cognomen. Versus hic omnium aegerrime legitur propterea quod ultimus est in facie arae ante pedem eius prominentem. NVM praenomen certum visum est, quod sequitur nomen et cognominis initium incertum. Proposui olim exempli causa CATILIVM FESTI|VVM; nunc magis videtur convenire litterarum vestigiis iterum examinatis PLAETORIVM MAV|RVM. Sed nomina ambo incerta manent.

6 IAVRVM legitur.

Itaque sic fere supplenda:

[Imp. Caes. M. Aurelio Antonino Augusto, divi Antonini filio, divi Hadriani nepoti, divi Traiani Parthi]|ci pronepoti, divi Ner|[vae ab]nepoti . . . . Flav(ienses) [T]ru[t]ob(rigenses) per C. Iulium [T]auru|m M. Mallonium Marcio|[nem] Num. [Plaetorium] M[a]u|rum et M. Iulium [T]aurum.

Dedicationis imperatori factae curatores quattuor fortasse quattuor viri sunt municipii quamquam magistratu non indicato. Quod quartum nomen

contra usum antiquiorem per *et* particulam iungitur reliquis tribus iuxta positis sine copula, non offendit loco illo et aetate illa.

Trutobrigae vel Trutaeobrigae nomen oppidi adhuc ignoti iungendum similiter formatis, quae frequentia sunt in Hispania, compositis in Mon. ling. Iber. p. XCVIII.

---

302 Emeritae, tabula marmorea alta m. 0.90, lata 1.00, litteris optimis, altis m. 0.13 ad 0.05. Servat Marchio de Monsalud in aedibus suis oppidi *Almendralejo.*

L · R O S C I O · L · *f.quir.mae*
C I O · C E L E R I · M*anlio?*
P O S T V M O · M A M*iliano*
VERGILIO · STABERIA*no.....*
QVAESTORI · IMP · HADRIA*ni aug.*
S·A·PR·PEREGR·LEG·LEG·$\overline{XIIII}$ G*v*
*d*ECRETO CONCILI · PROVIN*ciae*

Descripsi ex imagine photographa quam misit m. Martio a. 1898 Marchio de Monsalud qui invenit et postea edidit *bol. de la Acad.* XXXII 1898 p. 352 ex lectione mea et cum mea interpretatione.

L. Roscius M. f. Aelianus Maecius Celer, cos. a. 100, C. XIV 3612, potest huius avus fuisse; L. Eggius L. f. Ambibulus Pomponius Longinus Cassianus L. Maecius Postumus, cos. a. 126, C. IX 1123. 1124, Q. Roscius Sex. f. Quir. Coelius Murena Silius Decianus Vibullius Pius Iulius Eurycles Herclanus Pompeius Falco, cos. a. incerti saeculo II medio, C. X 6321, parentela aliqua cum hoc coniuncti fuerunt. L. Roscius Aelianus, cos. a. 187 fortasse hic novus ex familia illa inlustri, cuius nomina partim restitui possunt e parentum, partim non possunt; ut . . . *cio* v. 2 in. huius tituli etiam *Decio* vel *Marcio* cet. suppleri potest.

V. 1 et 2 extr. etiam [*Mar*]*cio* aut *Mucio* et *M*[*aecio*] suppleri possunt; ut patet.

V. 3 extr. tam MAM*iliano* quam MAM*ilio* vel MAM*mio aeliano* supplementa spatium tolerat. Mamilii vel Mammii Aeliani et Vergilii Staberiani videntur obscuri.

V. 4 extr. supplendum fortasse primum munus senatorium e vigintiviratu, e. g. III · VIR · KAP.

V. 5 extr. cognomen legionis XIIII aut GEM fuit aut G · M · V.

V. 6 in. S · A · recte explicuit Fita *s*(*odali*) *A*(*ugustali*).

Concilium provinciae Hispaniae citerioris notum est, item ulterioris; Lusitaniae hic primum nominatur.

---

303 (ins. p. 386 post n. 90).

Jeréz de los Caballeros, cippus e lapide granite rep. a. 1891, altus m. 0.50, latus 0.30, servatur in curte domus nuper aedificatae a Martinez versus

occidentem a porta S. Iacobi. Litterae saec. I exeuntis vel II, altae m. 0.03, incuriose incisae.

ornamenta
varia

C · AVFVSTIO
C · F · GAL · MOD
ESTO · SER · IVLIA
C · LIB · MODES
TA · MATER
P

Descripsi ex ectypo quod Fitae mihique misit Marchio de Monsalud; Martinez *el libro de Jeréz* p. 41 male; Fita *bol. de la Acad.* XXX 1897 p. 336.

V. 3 SER in lapide et in ectypo dispicitur, non SEL.

Quod homo hic *Ser(iensis)* appellatur, Seriam Fama Iulia dictam Baeturiae oppidum (Plin. n. h. III 14 Ptolem. II 4, 10 Σερία Turdetanorum Ravenn. p. 317, 19) quam maxime probabile reddit sitam fuisse prope *Jeréz*, cuius nomen e *Serienses* vel *Seriense* ortum esse putat Fita. Quod idem existimat in titulo in *Burguillos* olim servato C. II 986 idem Seriae nomen legi — S... ERA traditur — incertum est, cum titulus ille male descriptus sit.

304 (iungenda cum praecedente).

Jeréz de los Caballeros, tabula lapidea rep. a. 1891 prope oppidum in loco deserto dicto *la Granja* iuxta domum *(la casa solariega)*, in cuius curte extat inserta parieti; alta est m. 0.30, lata 0.42, litterae sunt saec. I bonae, altae m. 0.04.

SEX · IVLIVS · MEDVC
GAL · LVPVS

Descripsi ex imagine photographa missa ab Eduardo S. Dodgson et ex ectypo misso a Marchione de Monsalud; Martinez *el libro de Jeréz* p. 82, Fita *bol. de la Acad.* XXX 1897 p. 341.

V. 1 littera ultima tam C potest fuisse quam G vel Q; unde Fita supplevit *Medug[eni f.]*, cui spatium vix sufficit. Praefero *Meduc(um)* vel *Meduq(uom)*, ut sit gentis nomen velut composita a me Mon. ling. Iber. p. CXXXVII.

305 (ins. p. 358 post n. 92 et p. 502 post n. 275).

Italicae rep. a. 1896; servat Hispali Gali Lasaletta. Basis parva marmorea; mensuras nondum accepi.

PRO · SALVTE · HADRIANI · AVG ·
ET · SABINAE · AVGVSTAE · Ñ ·
SILVANO · PANTHEO · AVTARCES
SABINAe · AVG · Ñ · LIB ·
EX · VOTO

Descriptam misit Arthurus Engel Parisiensis.

V. 4 SABINA//// traditur.

306 (ins. p. 388 post n. 93).

In situ oppidi Callensis, qui est apud *Moguerejo*, *cortijo de Lumbreras*, *termino de Montellano*, *partido de Morón de la Frontera*, rep. m. Octobri a. 1897, basis alta m. 1.23, lata 0.835, crassa 0.57; ibidem a. 1638 statua aenea reperta est, ut testatur Antonius de Bohorques Villalón, historiographus Moronensis. Litteris scripta est optimis saec. II medii, non I, ut putabat Fita, altis vv. 1—6 m. 0.08 ad 0.04, in reliquis versibus 0.035.

D · M
LVCIAE · P · F
AVIRCIAE
ACILIANAE
MATRI · PIISSVMAE
HVIC · ORDO · ITALICENS · ET
ROMVLENS · HISPALENS · ET
CAESARINI · ASIDONENS · ET
FORTVNALES · SIARENS · ET
AENEANICI · CALLENSES
DECREVERVNT · INPENSAM · FVNERIS
ET · STATVAS
M · AEMILIVS · AFER · ACILIANVS · FIL
HONORE · VSVS · INPENSAM
REMISIT

Descripsi ex ectypo a Fita misso, qui ed. *bol. de la Acad.* XXXI 1897 p. 381 ss. ex eodem ectypo accepto ab Ignatio de Torres León.

De Callensibus v. C. II p. 186; situs iam indicatus titulo n. 1372 confirmatur hoc novo.

V. 2 Praenomen mulieris, gentile barbarum originis fortasse Ibericae e titulis urbanis tribus (C. VI 12923—12925) iam notum, quod admonet Abercii hominis christiani, de cuius inscriptione nuper commentati sunt viri docti non pauci, secundo saeculo conveniunt.

6—10 Ordines Italicensis et Romulensis Hispalensis distinguuntur a civibus Caesarinis Asidonensibus (v. II p. 176) et Fortunalibus Siarensibus et Aeneanicis Callensibus. Scilicet haec municipia fuerunt, illae coloniae. Siarum vel Searum nummorum (Mon. ling. Iber. n. 160) prope Utreram (C. II p. 170) cognomen Fortunalium gessisse ex hoc demum titulo discimus; cum inter oppida ad Baetem sita e Varrone Plinius memoret Siarum (III 11) et inter oppida Celtica, '*quae cognominibus in Baetica distinguuntur*' adici dicat *Teresibus Fortunales et Callensibus Aeneanici*', corrigendum esse *Siaresibus Fortunales* perspexit editor. Sed Siarum illud ab hoc diversum fuisse non credo, ut credidit Fita. Oppidum vero eiusdem nominis in provincia citeriore notum non est.

307—309 (ins. p. 407 post n. 126. 127)

Brigantii *(La Coruña)*, in ecclesia S. Iacobi, ubi extat arula II 2558, in altare absidis laevae praeterea arae Romanae tres collocatae sunt, e lapide granite omnes, antea nondum observatae.

307 alta m. 0.93, lata 0.45, litteris altis m. 0.05

IMP · CAESAR
M · AVRELIO
ANTONINO
AVG — p. C. 161—169
reginus VERNA
AVGVSTORVM
EXACTOR
EX VOTO

308 alta m. 0.93, lata 0.43, litteris altis m. 0.05

IMP · CAESAR
L·AVRELIO VERo
AVGVSTO — p. C. 161—169
REGINVS·VERNA
AVGVSTORVM
EXACTOR
EX VOTO

309 alta m. 0.90, lata 0.38, litteris altis m. 0.05

. . . .
AVG
PRO SALVTE
AVGVSTOR*um*
NOSTROR*um*
GLAVCVS
CAESAR · Ñ
S . . . . . .

Descripsi ex ectypis quamvis admodum obscuris, quae submisit officiose Andreas Martinez Salazar archivarius Coronensis. Edidit idem in ephemeride *la Voz de Galicia* d. 28 m. Aug. a. 1897. Superficies lapidum aspera ectypa respuit, atque videntur litterae consulto erasae esse.

307 lectionis certae; v. 5 suppletur ex 308.

309 V. 1 in. aliquando mihi visae sunt apparere litterae TI . . . . . .; sed nec de Faustinae nomine cogitari potest, cum supra versus nullus desit, nec de Terrae (Callaicae?) nomine. De PIETATI cogitavit Hirschfeldius; cf. C. II Index p. 1129.

V. 2 satis clarus est.

V. 8 s tantum perspicitur; quae sequuntur litterae non videntur admittere SERVVS lectionem, nec S · EXACTOR aut similia. Interdum mihi videor legere SPH....; ut subsit munus aliquod *p*(*rovinciae*) *H*(*ispaniae*) [*c iterioris*].

Arae tres sine dubio simul erectae sunt, ut docet formularum aequabilitas, intra annos p. C. 161 ad 169, ubi L. Verus mortuus est. Caesar noster uter indicetur non liquet. Exactores noti sunt.

---

310 (ins. p. 407 post n. 126. 127).

In Luco Augusti rep. a. 1894 ex muro urbis extractus, cippus altus m. 0.75, latus 0.64, litteris saeculi III vel IV.

D M S
IVLIO RVFINO
LEONTIO EXTAB
CIVI ASTVRICESI
ANNORVM XXVII
RVFONIVS RVFI
NVS PATER ET RV
FIA PATERNA MATER
FILIO PIISSIMO

A Iosepho Villaamil accepi descriptam accurate; Fita *bol. de la Acad.* XXIX 1896 p. 263 ex ectypo misso a Bartholomaeo Teijeira.

---

311 In Luco Augusti rep. una cum n. 309, cippus altus m. 0.56, latus 0.43, litteris saec. II optimis.

❦ D ❦ M ❦
PHIL · TA · TES ·
OR · NA · TRCIS
[/ / / / / / / / /]
[/ / / / / / / / /]
[/ / / / / / / / /]
DOMO·AV·GVSTA
T · AV · RI · NI · S
CON · SER · VI
EIVS

A Iosepho Villaamil accepi descriptam accurate. Fita *bol. de la Acad.* XXIX 1896 p. 263 ex ectypo misso a Bartholomaeo Teijeira.

V. 4—7 nomina domini dominaeve videntur consulto erasa esse. Augusta Taurinorum nota est. De interpunctione quam dicimus syllabari v. Exempla mea p. LXXVII.

312 (ins. p. 409 post n. 132)

